00143456

Q
F
29

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019

# EPICTETI
# ENCHIRIDION
## GRAECE ET LATINE

CVM

SCHOLIIS GRAECIS

ET

B N 896

NOVIS ANIMADVERSIONIBVS

CVRAVIT

143456


CHR. GOTTL. HEYNE

M. BRITANN. R. A. CONSIL. AVLIC. ELOQV. ET POES. P. P. O. IN GEORGIA AVGVSTA EIVSQ. BIBLIOTHECAR. SOCIETATIS R. SCIENT. GOTTING. SODALIS ORDINAR.


EDITIO TERTIA EMENDATIOR ET AVCTIOR.

---

CVM PRIVILEGIO ELECTOR. SAXON.

---


*VARSAVIAE*, CIↃ IↃ CCLXXXII.

APVD MICHAELEM GROELLIVM,

Bibliopolam Regium.

*DRESDAE*, APVD EVNDEM.

00143456

ILLVSTRISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO VIRO
DOMINO

# IOAN. GOTTHELF
# A GLOBIG

SVPREMI SACRORVM REIQVE ECCLESIASTICAE SAXON. COLLEGII
TVM VICE PRAESIDI
NVNC PRAESIDI
ET SER. ELECTORI PRINCIPI SAXON.
A CONSIL. INTER.

*Cum ſe tutelae magni atque potentis amici*
*Vellet Epictetus praeſidioque dare:*
*Me rogat, vt tali ſe conciliare laborem,*
*Cui virtus poſſit nuda placere viro,*
*Sit licet ornatu nullo illa inſignis et auro;*
*Enumeret reges illa: nec inter auos.*
*Tunc mihi, GLOBIGI, es dictus. Dum pergeret ad TE,*
*Vt TIBI commendet me ſimul ille, rogo* *).

Dresdae
cIↃ IↃ CC LVI.

*) Intactos reliqui, honoris cauſſa, verſus, quos illo tempore, cum ex longo interuallo ad haec ſtudia, etſi tum tumultuaria opera, accederem, exarraueram.

PRAE-

# PRAEFATIO

## PRIORIS EDITIONIS.

Fortuito potius quam conſulto ſuſcepta fuit omnis haec, quam in Epicteto illuſtrando collocauimus, opera; per occaſionem codicis MSti e libraria ſupellectili Boerneria in bibliothecam Electoralem illati. Neque adeo tum, cum primum ad eam accederemus, ſatis conſtabat, quantum ſtudii vel laboris haec Epicteti interpretatio eſſet poſtulatura. Mox accuratius excuſſis ſuperiorum interpretum copiis facile intellectum eſt, ſupereſſe adhuc mul-

ta, quibus libellus hic inſtrui et orna- ri poſſet. Videbam enim virorum do- ctorum diligentiam circa locos fere communes haerere, deficere in diffici- lioribus, omnino Stoicam rationem non ſatis eſſe adhibitam, lectionis va- rietatem nondum ſub vnum conſpe- ctum adductam, nec omnino ſubtili- tatem criticam, quam noſtra aetas in his poſtulat, a quoquam eſſe adhibi- tam. Ex iis enim, qui aliquam in Epicteto operam collocauerunt, Wol- fius quidem, vir doctiſſimus, *quinque codicibus graecis*, quos male vulgo MStos intelligunt, vſum ſe eſſe ait: *duobus Baſileae, totidemque Venetiis, ſed nec eodem tempore, nec in eadem offi- cina editis, et vno Argentinenſi*, qui ſunt edd. Ven. 1528. 1535. Baſil. 1554. (altera quae fuerit, non inuenio) et Argent. 1554. At ille, ſequutus Ven. 1535. potiſſimum, reliquas non niſi paucis in locis adhibuit. Snecani vero notae ex Wolfii commentariis fere ſunt deſcriptae. Mer. Caſaubonus Londini 1659.

1659. vna cum noſtro ſimul graecam paraphraſin, de qua infra, vulgauit, et vnus omnium plurima et maxima in enchiridion contulit; ſed, praeter Wolfii edd. et Politiani verſionem, nullo alio libro adiutus fuiſſe videtur. Iam, qui in Batauis cum variorum notis libellum hunc emiſerunt, Berkelius, et qui, ſuis nominibus tantummodo praefixis, illam editionem repetierunt, Blancardus et Schroederus, hanc operam ita ſuſcepere, vt de virorum doctorum iudiciis valde ſecuri fuiſſe videantur. Meibomius vero, cuius notas, in ſchedis diſperſas, collegit et Traiecti ad Rhenum 1711. vulgavit Adr. Relandus, tantum affectum opus, non perfectum reliquit, multa deleturus, multa haud dubie emendaturus, ſi vltimam manum addere viro exquiſite docto licuiſſet. Vptonus, doctiſſimus Britannus, qui nuper ad calcem Arriani enchiridion excudi iuſſit, hoc, tanquam corollarium tantum, illi accedere voluiſſe, neque in

eo praecipuum ſtudium poſuiſſe videtur. Sed illud praecipue miratus ſum, qui fieri potuerit, vt, cum Arriani diſſertationes et Simplicii commentarii, ad enchiridion illuſtrandum non contemnenda praeſidia et adiumenta, nobis ſuperſint: Arrianum quidem primus diligenter conſuleret Vptonus; quod etiam facturus fuiſſet Io. Alb. Fabricius, qui Arriani et Epicteti enchiridii nouam editionem parabat; v. Bibl gr. T. III. p. 264. praeclaris vero Simplicii commentariis, eo tempore, cum diſciplina Stoica nondum plane exoleuiſſet, compoſitis, nemo ea, qua potuiſſet, ratione vteretur. Equidem eos accurate, nec ſine fructu, perlegi, ita quidem, vt non pauca, quae ad Simplicii emendationem vel interpretationem facerent, in ſchedis notauerim, et non raro mutuam noſtro lucem ex iis attulerim *); perlegi etiam Arrianum, vnde aliquot capita diſci-

pli-

*) Periere hae ſchedae cum ceteris copiolis incendio oppugnatae Dresdae anno ſeculi LXI.

plinae Stoicae, illud inprimis περὶ τῶν ὁρμῶν et ὀρέξεων, dilucidius, quam ſuperiores fecere, exponere potui. Paraphraſin quoque graecam, a Mer. Caſaubono primum euulgatam, et a Iac. Gronouio e codice Mediceo emendatam, ad ſingula capita comparaui; parum vero recte illa paraphraſis dicitur: cum nihil aliud ſit, quam ipſum enchiridion, ſed ad Chriſtianam diſciplinam accommodatum, vt, quodcunque falſam deorum doctrinam redoleret, omne illud immutatum ſit; itaque illa, ſi circumſpecte et caute in ea re verſeris, pro codice haberi poteſt; hactenus quidem, vt ea confirmet, quae ex aliis diuerſa allata ſint: in quibus autem ipſa ab aliis ſola abeat, exiguam aut nullam fidem mereatur. Aliud eiusmodi enchiridion Chriſtianum concinnauerat S. Nilus Aſceta, ſiue Abbas dictus, qui circa A. C. 440. floruit; quod inter eius opera a Suareſio Romae edita (p. 327. ſqq.) reperitur. Hoc, cum a nemine adhuc, quod

mireris, cum Epicteto comparatum eſſet, nos primi comparauimus: neque, cur operae poeniteret, erat; cum illud multo preſſius et exactius, quam Paraphraſis ipſa, enchiridii verba exhibeat, nec, niſi in paucis locis, interpolatum ſit. Praeter haec ſubſidia eas copias, quas Meibomius olim parauerat, meas feci: excerpta nimirum e codice Gerdeſiano, et ex Hafnienſi: quorum hic quidem, non admodum antiquae, bonae tamen, Meibomio iudice, notae, plane cum Nilo conſentiebat, vt vterque ex vno apographo deſcriptus eſſe videri poſſet. Inter Meibomii ſchedas, quas Relandus vulgauit, etiam Salmaſii notae in Epictetum erant: quae fere variantibus ex aliquo codice, cum nonnullis viri ſummi, qui et ipſe, vt mox monebimus, amplam Epicteti editionem moliebatur, emendationibus, eiusmodi tamen, quae facile cuiuis alii in mentem veniant, et ab aliis quoque allatae fuere, conſtant: neque vero eaedem cum notis in Simpli-

plicium ſunt, vti exiſtimaſſe videntur nonnulli, v. c. Papillonius Biblioth. Script. Burgund. T. II. p. 260. Vptoni notulis adiectae erant variantes ex margine edit. Ven. primae a Iac. Harris, docto Britanno, excerptae: has et ipſas ſuis locis, ſi quid iuuabant, adhibui. Inprimis vero editionem Argentinam Thomae Naogeorgii mihi contigiſſe, gauiſus ſum: non quidem illam, ſi notas ſpectes, magni habendam; nihil enim, praeter excurſus ethicos continent; verum hoc nomine maximi, quod verba enchiridii ex codice vulgatis multo accuratiore expreſſa ſunt. ex hoc variantes, in margine edd. Wolf. notatas, fere deſumtas eſſe, ſaepe tamen deprauate ſcriptas, reperi. Neque Venetam 1535. conſulere neglexi, quae tamen cum Wolfii edd. fere conuenit, vt hae inde expreſſae fuiſſe videantur.

Editione Wolfii vſus ſum prima, quae Baſileae 1561. prodiit; nam ſaepius poſtea repetita eſt: ad eandem com-

comparatae ſunt ſubſequutae edd. pleraeque omnes, praeter nonnullas e Schegkio expreſſas; donec enchiridion cum Simplicio Lugd. Bat. 1640. ex officina Io. Marii (*Maire*) prodiret. Huic editioni principio Dan. Heinſius praefuerat; ſed cura eius deinceps in Salmaſium translata fuit; is vaſtum etiam commentarium adiicere coepit: cuius tamen pars tantum exigua, ſiue, quod opus in Salmaſianam h. nimis magnam molem, excreſcebat, ſiue aliis de cauſſis (v. praef. Salm. in Simplic. Papillon. Bibl. Script Burgund. T. II. p. 282.) lucem adſpexit. Eidem editioni euenit, quod interdum humanis in rebus accidere ſolet, vt is, qui rei iam confectae ſuccedat, omnem e re bene geſta fructum et laudem vnus in ſe transfundat; nam cum potiſſima eius pars ab Heinſio curata eſſet, Salmaſiana tamen ea dici coepit. Hanc itaque Salmaſianam, e Ven. 1528. exemplari, emendato tamen ab Heinſio, et ad fidem MS. Nanſiani ſuppleto, deſcriptam,

a

a vulgatis mirum quantum diſſentire vidi; quare eam diligentius cum ceteris comparare inſtitui. Ad eandem paſſim editiones Batauas interpolatas, Meibomianam vero maximam partem adumbratam eſſe, deprehendi. Meibomianam Vptonus ſequutus fuiſſe videbatur; atque ex hoc noſtra editio, ſi pauca loca, in quibus diſcedere ab eo debui, excipias, deſcripta eſt; ex eodem verſionem Meibomii, quod tamen nunc nollem, retinui. Serius quam vellem ad manus peruenit ed. princeps Ven. 1528. quae enchiridii verba cum expoſitione Simplicii exhibet: ex qua tamen ſuis locis a me potiores lectiones inſertae ſunt. Extrema capita in ea editione valde mutila et manca ſunt.

Iam quod ad noſtrum tandem Regium attinet, non quidem ille antiquiſſimus eſt, deſcriptus tamen ex antiquo bonae notae libro videri poteſt curate et diligenter. Exaratus eſt in bombycinis foliis; inter lineas paſſim gloſſae ab eadem, vt videtur, quae cetera pinxit,

xit, manu profectae: quas tamen di-
gnas non habui, quas deſcriberem;
ſelegi tantum potiores, quas paſſim
ſuis locis inſertas videbis. Non vero
ille totum Epictetum, ſed tantum ca-
pita eius potiſſima exhibet: vt tamen
nec ſuſpicandi locus ſit, eum man-
cum ac mutilum eſſe. Incipit autem
a cap. tertio: ἐφ' ἑκάστου τῶν ψυχαγω-
γούντων. praefixis iambis:

*Θαυμαστὸν οἴσεις καρπὸν, ἄρδων τὰς φρένας*
*ἐκ τῶν ἐπῳδῶν τῶνδε τῶν ἀκηράτων.*

*Inſignem fructum feres, mentem irrigans*
*Puris hiſce carminibus.*

Omiſſo c. 4. ſubiicitur c. 5. 9. 11. 12. (abſunt tamen in fine ἀλλ' οὐχ οὕτως etc.) 15. 17. 18. 19. 22. cum ſeqq. ad c. 29. verba: θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν. 31. 33. §. 9. et 12. 34. 35. 38. 39. 42. 43. 46. et 48. reliqua deſunt, ita tamen, vt nullum veſtigium vel liturae, vel mutilationis appareat: vnde veriſimile ſit,

de-

deſcriptum eum eſſe ex libro antiquiori truncato et parum integro. Eiusmodi excerpta ex Epict. ench. memorantur in bibl. Laur. Medic. a Montefalc. T. I. p. 305. Scholia eiusdem noſtri codicis, quae in calcem enchiridii reiecimus, ſi, quod res eſt, dicendum eſt, non ſunt diſſimilia plerorumque ſcholiorum, quae ex recentioribus temporibus habemus; verſantur illa circa grammaticas minutias, etymologias, deriuationes, ipſius auctoris verborum explicatione rerumque ratione ac ſententia poſthabita.

Habebam quidem etiam ad haec aliqua in ſchedis notata; cum tamen et otium et tempus deficeret, nec digna ea ſint, vt quisquam liberaliter doctus in iis bonam horam perdat, libellus autem modum praefinitum excedere videretur: etiam haec ſepoſui; ſatis habens, ad enchiridii verba ea me attuliſſe, quae ad recte intelligendum illud facere poſſent. Multis quidem critices parum amantibus videbor

bor nimium minutiis vacaſſe; horum tamen gratiam vel ſic initurum me eſſe ſpero, quod et breuiſſime et nude, ſaepe verbo tantum, variationes notauerim, atque etiam multo plures, quae merae aberrationes eſſent, praetermiſerim: variationes enim lectionis, in tali libello, qui omnium manibus terebatur, totiesque deſcribebatur, permultas eſſe, neceſſe erat: quanquam propterea nolim cum Salmaſio ad Simplic. p. 4. et Vptono ad Enchir. c. 34. exiſtimare, plus vice ſimplici ab ipſo Arriano editum libellum eſſe: habet enim hoc commune cum aliis libris, qui in manibus hominum aſſidue verſabantur; vt omittam illud, cum ethica praecepta contineat, vnumquemque ad oras libelli ea, quae ſibi ſimilia vel lecta vel cogitata eſſent, appinxiſſe; atque inde interdum valde diſcrepantes lectiones in enchiridii verba veniſſe. Me vero illud male habuit, quod Suareſium memorare vidi in Indice operum Nili p. 606.

vbi

vbi de enchiridio a Nilo epitomato loquitur: *cum Epicteti liber fuſus eſſet et copioſius vberiorque, vti compertum habent, quicunque illuſtriſſimi doctiſſimique Stephani Gradii codicem exaratum calamo et perantiquum, optimae, ſi quis alius, notae, et aurum contra aeſtimandum peruoluerunt, et cum editis libris comparारunt.* Haec ſi audias, verendum eſſe videtur, ne eneruem aliquam et inanem laruam pro ſucculento et pleno Epicteti opere exoſculemur. Verum, vt non multum Suareſii fide in hac re commouear, vtque potius eum Simplicii commentarios aut aliud quid pro enchiridio habuiſſe; exiſtimem, faciunt errores, quos eodem loco circa hunc libellum committit. Dicit enim, *Epicteti enchiridion commentariis ſuis illuſtraſſe Arrianum:* quod falſum eſt; nihil enim iſta inter ſe commune habent, niſi quod pleraque Stoicae diſciplinae capita, in illo breuiter expoſita, in his fuſius diſputata ſunt. Idem p. 607.

 *con-*

*contraxit, inquit, opus Epicteti vaſtum Simplicius philoſophus.* quod a veritate alieniſſimum; cum ipſe Simplicius in pr. commentarii moneat, ab Arriano enchiridion hoc confectum eſſe; neque reliqua, quae ibi addit, veriora. Codicem Steph. Gradii in bibliothecam Vatic. perueniſſe ſuſpicor; cum et alia quaedam eius MS. ibi aſſeruentur. Apud Montfalcon. T. I. p. 344. in bibliotheca Laurent. Medic. fertur ſeruari *Epicteti, quod vulgo dicitur, enchiridion; quod hic ita inſcribitur: Praecepta morum, quae ſui ipſorum memoriae cauſſa ſtudioſi et probi viri ſcripſerunt, et enchiridion vocarunt;* verum ex inſcriptione ſola iudicium ferre quis audeat? enchiridia ſcripſere et alii praeter Epictetum, inprimis Chriſtiani, a quibus iſtud profectum eſſe poteſt. In eadem bibl. Medic. p. 399. *e fide Geſneri, Epicteti philoſophi enchiridion liber I.* memoratur; verum is eſſe poteſt liber vnus. Donec itaque aliud ex ipſo rerum vſu, nec tantum aliena

fide

fide nobis conſtet: hoc pro ipſo Epicteti enchiridio habebimus.

Haec in praeſenti, quantum quidem inter curas moleſtiſſimas, aegritudinesque, quibus animus diſtrictus, vexatusque omnem laborem refugiebat, tum vero etiam in maxima operarum feſtinatione licuit, de Epicteto dicenda habui, curatiora et locupletiora allaturus, ſi quando otio honeſto, et litterato, cuius iucundiſſima ſpe praeſentem fortunam lenimus, frui contigerit. Dresdae die XXVI. Sept. cIↄ Iↄ ccLV.

Nec vero vana fuit ea ſpes, qua tum animi variis caſibus aduerſis vexati aegritudinem leniebam. Ante tamen quam portum, quem nunc teneo, occupare licuit, procellis me multo etiam ſaeuioribus, quam quibus tum, cum iſta ſcriberem, iactabar, obrutum vidi. Succeſſere enim paullo poſt tempora, quibus priuatam cuiusque aerumnam publica calamitas onerabat: ſpes omnes inter bellicas turbas inciſae; praeteritorum laborum fructus intercepti; in futurum prouiſa et inchoata manibus excuſſa; conſilia fortiſſima turbata. Mox fortunae omnes primo variis, quos ea tempora ferebant, caſibus, tum incendio Dreſdae oppugnatae euerſae; ſupellex litteraria copiaeque omnis generis ſeu lectionis varietate ſeu ſcriptio-

ptionis aſſiduitate paratae, flammae contagio conſumtae. Acerbiora tamen erant ea, quae nudum et egentem excipiebant, cum negata eſſet a natura flagitandi impudentia, vrerent contra animum additi ab eadem natura bonae menti cuſtodes moleſtiſſimi, pudor ingenuus et virtutis *ferocia*.

Inter haec eximio prouidentiae divinae beneficio accidiſſe videbam, quod paucis ante annis opera *illa* in Epicteti recenſionem impenſa multaque ſcriptorum eius generis lectio imbuerat animum iis ſapientiae prae*ceptis*, quibus inſtructus nunc calamitatem et aerumnarum aculeos retundere et acriore aduerſorum caſuum ſenſu repreſſo ad tranquilliorem placidioremque ſtatum, quam qui aliis in ſimili fortuna conſtitutis facile contingeret, mentem poſſem componere. Nec vero ſeu fortunae ſeu aequi animi, quo eam ferre didiceram, poenituit. Euocatus enim quarto inde anno, erat is ſeculi LXIII, Gottingam a viro immortali,

 Munch-

Munchhuſio, cuius iudicio me eſſe probatum et nunc laetor et dum viuam laetabor, maiorem me ex ſtudiis litterariis non modo iucunditatis verum etiam vtilitatis fructum percipere neceſſe erat: cumque muneris impoſiti ratio ad ea me litterarum ſtudia auocaret, inter quae facile animus veri rectique ſtudium praeceptionemque ſapientiae ad verba et voces earumque leuem inanemque ſubtilitatem reuocare aſſueſcit, antiqua illa fortuna ita informauerat animum, vt temperarem haec ipſa ſtudia iis litteris ad quas ea ſunt referenda, vtque ea cum rerum actu coniungerem, et ex ſanctitate fideque in officiis vitae obeundis maiorem, quam ex fama litteraria, voluptatem capi poſſe intelligerem. Quae quidem publice profiteri cur erubeſcam! cum diuinae prouidentiae ſingulari beneficio me ea omnia conſequutum eſſe profitear, eaque forte commemoratio ad vnum alterumue ingenuum adoleſcentem, quem in inſtituto

te ſtudiorum curſu aduerſa fortuna retardat, erigendum et confirmandum valere poſſit. Vix enim quemquam eſſe arbitror, qui ab ineunte aetate, in tali fortuna natus educatusque, ab omnibus non modo ſtudiorum, ſed et vitae praeſidiis magis deſtitutus, aut maioribus difficultatibus anguſtiisque fortunae impeditus litterarum curricula emenſus ſit.

Quod vero ad nouam hanc Epicteti recenſionem attinet: librario nuntiante, parare ſe nouam huius libelli editionem, meque rogante, vt ad eam ornandam locupletandamue aliquid conferrem; quod inter cetera negotia et officia muneris vitaeque recipere potui, id feci, vt perlegerem iterum libellum, quem ab eo inde tempore, quo prodierat, vix ſemel in manus ſumſeram, vtque emendarem, cum ea, quae in philoſophi verbis male eſſent typographi culpa expreſſa, tum notata mea; eaque partim accuratius conſtituerem, partim diſertius et co-

pioſius inſtruerem ea, quae ex Stoicae diſciplinae ſubtiliore ratione erant, illuſtranda, vitae autem Epicteti et editionum Enchiridii notitias doctius digererem. Augere quidem notas alienum eſſe duxi et a conſilio et ab officio boni interpretis, qui non minus peccare poteſt, ſi multa obſeruatiuncularum congerie lectorum animos distinet oculosque diſtringit, quam ſi in iis locis, in quibus interpretis officium operamque deſiderabat, aut eluſum ſe lector, aut ad alia, quam quae hic expectare poterat, ſe traduci videt. Scr. Gottingae Kal. Dec. cIↃ IↃ CC LXXIIII.

VITA

# VITA EPICTETI.

Epictetus, Hierapoli Phrygiae natus, qua ſortunae iniuria in ſeruitutem peruenerit, quam ipſum nomen arguit, non liquet; Epaphrodito tamen eum ſeruiiſſe ſatis conſtat, qui Neronis Imp. libertus eique a. libellis fuit. Ab eo manumiſſus Romae primum vixit, philoſophiae Stoicae ſtudiis addictus, quam non verbis modo, ſed vitae quoque ſanctitate et integritate referebat, ab omni faſtu et arrogantia alienus, paupertatem aequo ferens animo. Pulſis Roma et Italia Domitiani

edicto (circa a. C. 94.) philoſophis *a*), diſ-ceſſit Nicopolin Epiri. Habuit hic diſſerta-tiones illas, quas Arrianus litteris conſigna-tas eo mortuo vulgauit *b*); qui idem de eius vita accuratius egerat ſeu ſingulari opere, ſeu in amiſſis diſſertationum libris. Summa Epi-cteti in docendo fuit auctoritas *c*), et diſci-pulorum in eum pietas incredibilis. Dubi-tari poteſt, Lucianine commentum ſit, vt haberet quod ridere poſſet, cum diceret *d*), fuiſſe, qui Epicteti lucernam fictilem ter mille drachmis *e*) emeret. Traduntur alia, ſed leui aut incerta fide, vt et illud, quod heri iuſſu fracto crure eum claudicaſſe nar-rant:

*a*) Sueton. Domit. 10. et ibi viri docti. Gell. XV, 11.

*b*) Octo libros Διατριβῶν, et duodecim Ὁμι-λιῶν. Ex priori illo opere ſuperſunt quatuor illi libri, quos modo pro Arriani Epicteto, modo ſub diſſertationum nomine in manibus habemus.

*c*) v. inprimis praef. diſſ. Arriani.

*d*) Lucian. aduerſ. Indoctum c. 13.

*e*) dimidio talenti, adeoque circa 485. thale-ros noſtros.

rant *f*): cum ex defluxione aliove corporis vitio, eum claudo pede fuiſſe probabilior aliorum ſit narratio *g*). An vltra Traiani tempora vitam produxerit, non liquet.

# DE ENCHIRIDIO

EIVSQVE

# LECTIONE ET RECENSV.

Enchiridion, ſeu Manuale, quod ſub Epicteti nomine fertur, Arrianum auctorem habet *h*), qui ex eius diſputationibus praecipua

*f*) Pulchre tamen narrat Celſus apud Origenem lib. VII, c. 53. Ἐπίκτητος τοῦ δεσπότου στρεβλοῦντος αὐτοῦ τὸ σκέλος, ὑπομειδιῶν ἀνεκπλήκτως ἔλεγε· κατάσσεις — καὶ κατάξαντος· οὐκ ἔλεγον, εἶπεν, ὅτι κατάσσεις;

*g*) Suidas in Ἐπίκτητος. Simplic. p. 102. καὶ δοῦλος ἦν, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὴς, καὶ χωλὸς ἐκ νέας ἡλικίας. Hoc idem ex vetere epigrammate colligitur: Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην καὶ σῶμ' ἀνάπηρος καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

*h*) v. Simplic. in praef.

pua doctrinae Stoicae capita collecta in breuem commentarium redegit, qui facile animo ac memoria teneri poſſet. Meſſalino ille inſcriptus fuit epiſtola praefixa *i*), quae nunc interiit.

Cum autem hoc Enchiridion pro libro memoriali eſſet, quod circumferrent homines, quodque ſumma doctrinae Stoicae capita contineret, mirum videri non debet, ſi multi multa in margine alleuerunt, quae mox a librariis, qui exemplar deſcribebant, in ipſa philoſophi verba ſunt recepta; vnde, aliis reſectis, aliis iterum additis, magnam lectionis varietatem oriri neceſſe fuit; nec adeo, cum grauius argumentum nullum ſit, cum Salmaſio ſtatuendum arbitror, bis terue editum fuiſſe ab Arriano Enchiridion. Itaque in Ioanne Stobaeo laudantur nonnulla aliter, quam in vulgata lectione habentur, tribuunturque Epicteto alia, quae nec in Arria-

*i*) ibid.

riano nec in Enchiridio occurrunt. Bene itaque haec ex eo collegit primum Blancardus, tum Meibomius, repetiitque Vptonus ſub Sententiarum Epictetearum nomine, quas et ipſe huic Enchiridii recenſioni ſubieciſſem, ſi res mei arbitrii fuiſſet. Ita malim latinam Meibomii verſionem abeſſe, ſaltem Wolfii elegantiorem verſionem ei ſubſtitutam.

Sed poteſt hoc fieri in alia editione, in qua nec minus illud curari velim, vt varians lectio ſecernatur ab iis notis, quae philoſophi verba interpretantur, ad eum fere morem, quem in Virgilio ſequutus ſum.

Sed vt ad cauſſas diuerſae lectionis redeam, acceſſit alia cauſſa, Chriſtianorum hominum ſedulitas, qui ad puriorem doctrinam refingere hoc Enchiridion voluere. Ita S. Nili Enchiridion habemus, quod in editione noſtra comparauimus; ex eodem genere eſt is, quem Paraphraſten appellant,

hoc

hoc eſt, ipſum Enchiridion ad Chriſtianae doctrinae formulam accommodatum *k*). Extant alia in bibliothecis v. c. Medicea, et Regia Pariſienſi, exemplaria aliis modis a Chriſtianis hominibus concinnata.

In manuſcriptis codicibus ſolet fere Enchiridion hoc adſcriptum eſſe ad calcem Arriani aliorumque ſcriptorum, aut latet in ſyllogis variorum opuſculorum vno volumine comprehenſorum, aut ſeruatum eſt in Simplicii expoſitione, cuius codices extant ſatis multi.

Editionum recenſum dederunt in Biblioth. Gr. Fabricius et Relandus in fronte editionis ſuae: nec tamen ab iis curatum eſt hoc, vt conſtaret de lectionis vulgatae fontibus et cauſſis, et de loco, quo ſingulae editiones habendae ſunt.

Pro-

*k*) Edidit eum Meric. Caſaubonus in ed. Lond. 1659. tum repetiit Berkelius 1670. et 1683. et Blancardus eod. a. In ſecunda Berkeliana emendatior et plenior exhibitus eſt Paraphraſtes e Codice Mediceo Iac. Gronouii cura.

Prodiit Enchiridion primum graece (nam latine iam proſtabat conuerſum ab Lud. Odaxio Patauino et ab Angelo Politiano) cum Simplicii commentario Venetiis 1528. 4. Altera princeps editio eſt et ipſa Veneta cum Arriani diſſertationibus 1535. 8. Cum priore Salmaſiana recenſio conuenit; poſteriorem *Wolfius* ſequutus eſt, adeoque ea pro fundo vulgatae lectionis eſt habenda.

De Enchiridio a Gregorio Haloandro, cum apud Noricos ageret, edito, et de Iac. Tuſani caſtigatione Pariſ. 1552. 4. nihil habeo quod dicam. Sed Thomam Naogeorgium, qui Argentinae 1554. 8. Enchiridion cum explanatione emiſit, codicem accuratius ſcriptum habuiſſe, comparatione inſtituta intellexi; adeoque haec inter principes editiones referenda eſt. Eodem anno Baſileae apud Io. Oporinum Enchiridion prodiit cum Arriani diſſertationibus latine verſis a Iac. Schegkio, medico Tubingenſi: quae editio aliquoties repetita eſt, vt Salmanticae 1555.

Gene-

Geneuae 1594. et 1600. Lugduni 1660. Nullus tamen alius lectionis fons in ea fuit quam Veneta editio, etſi interdum viri docti induſtria caſtigatior. In Enchiridio ſeruata eſt Politiani interpretatio.

Vulgatam lectionem primum conſtituit Hier. Wolfii doctrina et diligentia, qui 1560. Enchiridion cum Cebete et aliis latine vertit, quod cum Graecis anno ſequente excudit Io. Oporinus Baſileae; ſubiecti mox Simplicius et Arrianus, latine et ipſi redditi; appoſita in margine ad Enchiridion varietas lectionis ſaltem praecipua ex ſuperioribus Editionibus *l*). Repetitum eſt ex hac Wolfii editione ſaepe modo Enchiridion ſolum, modo cum eo Arrianus et Simplicius, vti Geneuae 1595. et 6. et Coloniae eodem fere anno.

Repetita quoque eſt ex Wolfiana recenſione Plantiniana Enchiridii editio 1578. 8. tum 1585. 24. et al. nec aliunde deſcripta edi-

*l*) v. ſup. praef. p. 2.

editio Io. Dan. Snecani M. D. L. B. ex offic. Io. Maire 1651. 16. ex qua ductae ſunt plures aliae editiones vulgares; tum editio Cantabrigienſis 1655. 8. cui Cebes, Arrianus et Porphyrii nonnulla adiuncta ſunt. Wolfium etiam ſequutus eſt in verborum contextu Mericus Caſaubonus in editione ſupra memorata Londini 1659. in qua Paraphraſtes primum prodiit.

Inde aliam editionum claſſem, cui Veneta 1528. pro fundo eſt, conſtituit Salmaſiana Simplicii editio L. B. apud Io. Maire 1640. 4. ex Veneta illa repetita, ſed ad fidem MSti Nanſiani a Dan. Heinſio emendata *m*). Recuſa ea eſt Londini cum Arriano 1679. 8. et partim ex ea interpolata eſt a nonnullis Wolfiana lectio, partim ea intacta redhibita ab editoribus.

Salmaſianam itaque ſeu verius Heinſianam lectionem ſequitur Meibomiana editio

En-

*m*) v. ſup. praef. p. 7.

Enchiridii cum Cebete Traiecti ad Rh. 1711. 4. ab Adr. Relando curata ad ſchedas Meibomii, adiectis praeter Meibomii notas et Variam Lectionem ex Codd. Hafnienſi et Gerdeſiano, Salmaſianis emendationibus ad marginem editionis 1595. notatis.

Ex Meibomiana lectione enchiridion exprimi curauit Vptonus V. Cl. ad calcem Arriani Londini 1741. 4. In notis ille ſuperiorum editionum varietatem comparauit, plura ex ipſo Arriano enotauit; aliquoties ſuum quoque codicem laudat, quem de varietate lectionis accipio, quae e vetere codice adſcripta erat editionis Ven. 1528. exemplari; obtulerat illud Iac. Harris, tota varietas excerpta a viro docto ſubiicitur p. 284-287.

Ad Vptonianum exemplar accommodaui equidem illud exemplum, quod operis librariis excudendum dedi, emendatum tamen in locis haud paucis, de quibus in notis monui. Quae praeterea adhibuerim ſubſidia, in praefatione

ſatione expoſui: nimirum praeter Arrianum et Simplicium diligenter excuſſum, Paraphraſten, quem vocant tum S. Nilum, porro editionem Venetam vtramque, Wolfii primam, Naogeorgii et Dan. Heinſii; vna cum apparatu variae lectionis in edd. Meibom. et Vptoniana; tandem codicem MS. e bibliotheca Dresdenſi Electorali, quem, pro illo tempore, Regium appello.

Meam recenſionem ſequutus eſt Nic. Schwebelius, qui Norimbergae 1771. euulgauit Enchiridion, in vſum ſtudioſae iuuentutis inſtructum. Ex Meibomiano vel Vptoniano exemplari transſcripta eſt editio Lucenſis 1749. 8. *n*)

Dixi eſſe editionum genus, quod Wolfianam lectionem retinet, paſſim tamen ex Heinſiana lectione emendatam. Ex ea claſſe eſt editio L. B. 1670. 8. ab Abr. Berkelio

 notis

*n*) Iis, quorum conatus Epicteti edendi Fabricius enarrat, addi poteſt Ge. Raphelius; Latine verſum ab eo Enchiridion ad me miſit ſaltem C. A. Schmidius V. C.

notis variorum onerata; repetita paullo poſt 1683. Delphis; nec aliam lectionem ſequutus eſt aut Blancardus in editione eiusdem anni, aut Schroederus. Porro in hunc cenſum veniunt Oxonienſes 1680. 1702. 1707. tum Ioſephi Simpſoni recenſio prior 1738. altera Londini 1758. cum Cebete ac Theophraſto; in quam ex noſtris quoque notis pleraque translata ſunt; vt Glasguenſes editiones taceam.

Hoc ſaltem, quo haec perſequuti ſumus, modo intelligi poteſt, quibus ſpatiis et temporum *interuallis* ad emendatiorem lectionem progreſſum ſit Enchiridion philoſophi noſtri, cuius lectio vt non modo ad graeci ſermonis qualemcunque notitiam, verum etiam ad fingendum imbuendumque mature temperantia, fortitudine, conſtantia omnique virtute animum iuuenilem valeat, ſedulo curent velim ii, qui eius interpretationem ſuſcepturi ſunt.

EPICTETI

# EPICTETI
# ENCHIRIDION.

# ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ
## ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

### ΚΕΦ. α.

1. Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις, ὁρμή, ὄρεξις, ἔκκλισις· καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα. οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις,

C. I. §. 1. ὑπόληψις, ὁρμή, ὄρεξις) Vt harum vocum, quae e diſciplina Stoica petitae ſunt, notionem certam et rectam habeant adoleſcentes, haec tenenda ſunt: Prima quaecunque rei extrinſecus obiecta animo ſpecies, prima impulſio, Stoicis φαντασία, *viſum* ſeu *viſio*, erat; prima animi, quae cum hac ſpecie protinus exoritur, re nondum perpenſa et perſpecta, aſſenſio, δόξα vel ὑπόληψις, *decretum*, *opinio*, qua ſcilicet rem bonam, vel malam eſſe, iudicamus; cf. inf. 20. Inde vero neceſſario debet animus moueri et impelli, ad conſequendum illud, quod bonum eſſe, nobis perſuaſimus, aut fugiendum illud, quod malum eſſe, ſemel animo concepimus; primos hos animi *motus* vel *impetus*, quibus ali-

quid

# EPICTETI
## MANVALE.

### Cap. I.

Rerum aliae quidem in noſtra poteſtate 1.
ſunt, aliae in poteſtate noſtra non ſunt.
in noſtra ſunt poteſtate opinio, impetus, appetitio, auerſatio, et vno verbo, quaecunque

A 2 ſunt

quid concupiſcimus vel auerſamur, τὰ πρότερα τῆς ψυχῆς κινήματα, vt Simplicius loquitur, Stoici ὁρμὴν et ἀφορμὴν vocabant; hos ſubſequi volebant ὄρεξιν et ἔκκλισιν, h. *appetitionem* et *declinationem* boni vel mali, cum animus conſtitit, rationibusque exploratis in iudicio ſuo permanet. Ita quidem Stoici cf. inf. c. 2. §. 2. Contra Academici et Peripatetici ὄρεξιν et ἔκκλισιν priores faciebant ὁρμῆς et ἀφορμῆς, vnde illis larga et ampla contentionum et conuiciorum materia.

ἡμέτερα ἔργα) quaſi animi noſtri actiones dicas. Nam ἡμεῖς Stoicis quoad animum dicimur, οὐχ ἡμέτερα ἔργα ſunt ἀλλότρια. inf. c. 23. τίς οὖν σοι εἶπεν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, οὐχὶ δὲ ἀλλότρια ἔργα;

κτῆσις, δόξαι, ἀρχαὶ, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα
2. οὐχ ἡμέτερα ἔργα. Καὶ τὰ μὲν ἐφ'
ἡμῖν ἐστι φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρ-
εμπόδιστα. τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ,
3. δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια. Μέμνησο
οὖν, ὅτι, ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα ἐλεύθερ[illegible]
οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμπο[illegible]ήσῃ,
πενθήσεις, ταραχθήσῃ, μέμψῃ κα[illegible]εούς,

καὶ

δόξαι) vulgo *gloria* vertunt; minus accurate, ſunt enim opiniones, exiſtimationes et iudicia aliorum de nobis. Fatendum tamen hoc ſenſu vſitatiorem eſſe ſingularem, δόξα, (h. εὐδοξία, bona fama, vt Cicero vertit. cf. Laert. VII, 102.) qui eſt etiam in Hafn. vnde iam Meibom. & Vpton. reponere volebant, vt forte error ex ſequ. ἀρχαὶ, plur. num. poſito, ortus fuerit. Sed et Paraphraſtes vulgatam in ſuo habuit, et Simplic. p. 32. καὶ αἱ δόξαι δὲ αἱ περὶ ἡμῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν εἰσι, κἂν ἀφορμάς τινας αὐταῖς καὶ ἡμεῖς παρεχώμεθα, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς δοξάζουσιν· ἐπ' αὐτοῖς γάρ ἐστιν, ὁποῖα βούλονται ὑπολαμβάνειν. et videntur recentiores dixiſſe eo numero: Nilus Aſcet. 2. δόξαις καὶ ἐκείνοις πεπραχότες τοὺς πόνους.

§. 2. Non ſatis ſibi reſpondent membra: nec tamen in eo haerendum: etſi expleuit ea Simplic. p. 34. τὰ μὲν ἄρχοντα αὐτοῖς εὐσθενῶς διάκειται.

ſunt noſtra opera: in noſtra poteſtate non ſunt corpus, poſſeſſio, exiſtimatio, magiſtratus, et vno verbo, quaecunque non ſunt noſtra opera.
Atque ea quidem, quae in poteſtate noſtra ſunt, 2.
natura ſunt libera, quae prohiberi et impediri nequeant; quae vero in noſtra non ſunt poteſtate, imbecilla, ſerua, quae prohiberi poſſint,
aliena. Memento igitur, ſi, quae natura ſerua 3.
ſunt,



κεῖται. τὰ δὲ ἄλλων χρήζοντα, ἀσθενῆ καὶ ἐνδεῆ εἰσι.

ἀπαρεμπόδιστα) edit. Ven. & MS. Hafn. Nilus, Paraphr. ἀπαραπόδιστα, quod Meibom. malebat, quia alias eo perpetuo vtitur Arrianus. Tu nihil moue; nam et nihil refert, et illud apud Arrianum reperies L. I. c. 1. p. 7. tum frequentata ſatis ſunt verba ἐμποδίζειν, παρεμποδίζειν.

3. ἐμποδισθήσῃ. Etiam hoc vocabulum Stoicae diſciplinae eſt. ἐμποδίζεσθαι, κωλύεσθαι (vnde inf. c. 9. ἐμπόδιον) de rebus externis, fortunae, quae non ſunt in poteſtate noſtra, quarumque aut ſpe aut fructu excidere contingit. cf. Arrian. I, 1. p. 7. et ſaepe. quo fit, vt re ſucceſſu careant, quod eſt τὸ δυσροεῖν. v. c. ibid. II, 17. Haec eſt illa vulgarium hominum ſeruitus, δουλεία· hinc metuunt, ſperant. Contra qui nihil appetit quam τὰ ἐφ' ἑαυτῷ, ille ἐλεύθερος, ἀκώλυτος. v. ibid. IV, 1. p. 564.

καὶ ἀνθρώπους. ἐὰν δὲ τὸ σὸν μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀλλότριον, ὥσπερ ἐστὶν, ἀλλότριον, οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινὶ, ἄκων πράξεις οὐδὲ ἕν, οὐδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις· οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ.

4. Τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο, ὅτι οὐ δεῖ οὐδὲ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ

οὐδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις, οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ) vltima, poſt illa: οὐδείς σε βλάψει, abundare videntur; omiſſa etiam in Politiani verſ., in Paraphraſte vero priora. Verum, non in Attico aliquo ſcriptore, caſtigato et elegantiae ſtudioſo, nos verſari, cogitandum eſt. Praeferam tamen cum MS. Hafn. et Nilo, ordine immutato, legere: ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις· οὐδείς σε βλάψει· οὐδὲ γὰρ etc. Iidem, ἐχθρὸν οὐδένα, et paullo ante, οὐδὲ ἐγκαλέσεις οὐδενί. Nilus etiam: οὐδὲ β. ποιήσει, *neque malo afficiet.*

ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις.) n. inimicus habetur is, qui nobis nocet et detrimentum affert; at bonis noſtris, rectae opinioni et appetitioni, nocere nemo poteſt, adeoque nec inimicus eſſe. Saepe inculcat hoc Arrianus.

§. 4. ὅτι οὐ δεῖ οὐδὲ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν) In ed. Salm. et ipſo Simplicio p. 42. it. in Hafn.

ſunt, libera putaris, et, aliena quae ſunt, propria; ſore, vt impediaris, lugeas, perturberis, deos hominesque incuſes: ſin id, quod tuum eſt, ſolum tuum eſſe putaris, et, quod alienum, vti reuera eſt, alienum; nemo te coget vnquam, nemo te prohibebit, non incuſabis quenquam, nec culpabis, nihil ages inuitus, nemo te laedet, inimicum non habebis, neque enim noxium quid patieris. Tanta igitur cum expetas, me- 4.

 mento

Haſn. Nilo et Paraph. οὐδὲ abeſt. Vptonus elegantem coniecturam proponebat, legendo: ὅτι οὐ δεῖ οὐδὲ μετρίως κ. ἅπτεσθαι τῶν ἄλλων. κινεῖσθαι *moueri*, et vulgari vſu nota, et Stoicis inprimis, qui tot alia ex vulgari ſermone tranſtulere, frequentata vox in iis, quae ſenſus animosque impellunt, adeoque ὁρμῆς vel ἀφορμῆς cauſſae ſunt. Igitur externis rebus inprimis nolunt quenquam moueri. Verum etiam de rerum honeſtarum et pulchrarum ſtudio apud ipſos Stoicos occurrit τὸ κινεῖν et κινεῖσθαι. Sic ad philoſophiae ſtudium: κινεῖν πρὸς φιλοσοφίαν. Arrian. II, 24. p. 335. 6. et al. πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὀρεκτικῶς κινεῖσθαι, πρὸς δὲ τὸ κακὸν ἐκκλιτικῶς. Lib. III, 3. pr. κεκινημένος, vt Lat. *motus*, h. incitatus, ſummo ſtudio contendens et annitens, etiam vulgari vſu loquendi ſatis tritum. Lucian. Demon. 3. ἀλλ' οἰκείας (ſ. ὑπ' οἰκείας) πρὸς τὰ καλὰ ὁρμῆς, καὶ

ἐμφύτου

τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς, τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτ' ἐθέλῃς, καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν· τυχὸν μὲν οὐδ' αὐτῶν τούτων τεύξῃ, διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι. πάντως γε μὴν ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι' ὧν μόνων εὐδαιμονία καὶ ἐλευθερία περιγίνεται.

5. Εὐθὺς οὖν πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ μελ[illegible] ἐπιλέγειν,

ἐμφύτου πρὸς φιλοσοφίαν ἔρ[illegible] εὐθὺς κεκινημένος. Necyom. 3. οὐ παρέργως ἐκινούμην πρὸς αὐτά. nihilque adeo cum Vptono nouandum, et recte is, qui bona ante commemorata appetit, κεκινημένος ſtudio intenſiore ferri ad ea debet.

τὰ μὲν ἀφιέναι) n. diuitiarum, honorum, voluptatum ſtudia. τὰ μὲν ἐφιέμενος Hatn. τὰ μὲν κεκινημένος παντελῶς, τὰ δὲ. Nilus.

τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι) v. c. parare domum, vxorem ducere etc. et omnino eas res externas, quas ſobrie et prudenter tractatae bonis animi non officiunt. Eas differre debet diſcipulus (nam cum hoc agere philoſophum ſemper cogita), ne animus iis rebus diſtrictus auocetur a ſtudio virtutis, eo vsque, donec ita profecerit, vt iis vti tuto poſſit; v. Simplic. ad h. l. cf. inf. c. 2. §. 2. c. 48, 2. Ceterum Meibom. e MS. Salmaſ. et Var. Harriſ. cum Paraphr. Chriſtiano poſt πρὸς τὸ παρὸν addunt: καὶ προηγουμένως σεαυτοῦ ἐπιμελεῖσθαι.

mento non oportere mediocriter commotum ea attingere; ſed alia omnino mittere, alia in praeſens differre. ſi autem et iſta expetas, et magiſtratum gerere, et diues eſſe; fortaſſe neque haec ipſa conſequere, quippe qui priora iſta quoque expetas. illa certe nullo modo conſequeris, quibus ſolis libertas ac felicitas comparatur. Statim igitur 5.

A 5 omni

[illegible]) Var. Harriſ. addunt: *καὶ τοὺς οἰκέτας κατορθοῦν*, vt et Politianus in ſuo inueniſſe videtur, dum vertit: *domeſticos dirigere*; ſed illata forte e cap. 12.

*πάντως γε μὴν*) MS. Hafn. *πάντων.* probante Meibomio; ita et Nilus.

*περιγίνεται*) MS. Salm. *παραγίνεται*, quod male Meibom. reponi vult. v. inf. ad c. 12. §. 2.

5. *φαντασίᾳ τραχείᾳ*) *viſo aſpero*; ſed, quale ſit, dubitatur. Intelligo viſum rei triſtis, acerbae, iracundae, quae animum exaſperat, perturbat. Arrian. II. 16. *φαντασίαν ταρακτικὴν* dixit: quod ſaltem pro interpretatione eſſe poteſt. Idem II, 1. p. 171. *τραχέως*, inquit, *κινεῖται τὸ σαρκίδιον, εἶτα πάλιν λείως.* Vides adeo a rebus aſperis, duris, moleſtis, translatam vocem ad ipſum earum rerum ſenſum moleſtum et ad phantaſmata ac notiones talium rerum. Wolfius in nonnullis, neſcio quibus, *τραχείᾳ* abeſſe ait. In Simplicio Ven. 1528. tranſpoſitis vocibus legitur: *πάσῃ τραχείᾳ φαντασίᾳ*.

γειν, ὅτι Φαντασία εἶ, καὶ οὐ πάντως τὸ Φαινόμενον. ἔπειτα ἐξέταζε τοῖς κανόσι τούτοις, οἷς ἔχεις· πρώτῳ δὲ τούτῳ καὶ μάλιστα, πότερον περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἢ περὶ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. κἂν περί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ᾖ, πρόχειρον ἔστω τὸ, διότι οὐδὲν πρός σε.

## ΚΕΦ. β'.

I. Μέμνησο, ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία, τὸ ἐπιτυχεῖν, οὗ ὀρέγῃ· ἐκκλίσεως δὲ ἐπαγγελία, τὸ μὴ περιπεσεῖν ἐκείνῳ, ὃ ἐκκλί-

ταςίᾳ μάθε ἐπιλέγειν. Simplicius ad h. l. meras argutias captat.

ὅτι Φαντασία εἶ) Wolf. var. ἐστί. Mox Nilus: ἔπειτα ἐξέταζε αὐτὴν, καὶ δοκίμαζε τοῖς κανόσιν, οἷς ἔχεις. ita et Ven. 1528. vltima quoque Hafn. iidem mox: κἄνπερ ᾖ τι τῶν. Paullo vero durius dictum: ἐξέταζε τοῖς κανόσι, pro πρὸς τοὺς κανόνας τούτους.

τὸ διότι οὐδὲν πρὸς σε) MS. Salm. ap. Meibom. p. 39. et MS. Harr. τόδε, ὅτι, multo elegantius quam τὸ διότι. At Hafn. τὸ, ὅτι οὐδὲν πρὸς ἐμέ. Sic et Paraphr. Chriſt.

omni aſpero viſo ita occurrere ſtude, vt dicas; Viſum es, ac nullo modo id, quod eſſe videris; deinde exige illud ad regulas has, quas habes: ad hanc autem primam vel maxime, vtrum circa ea verſetur, quae in poteſtate noſtra ſunt, an, quae non ſunt; quod ſi circa aliquod eorum, quae in poteſtate noſtra non ſunt, verſatur, in promtu ſit illud, Nihil ad te.

## Cap. II.

Appetitionis eam eſſe pollicitationem memento, fore, vt conſequaris id, quod appetas; auerſationis autem, fore, vt in id non incidas, quod auerſeris; et eum quidem, 1.

C. II. §. 1. ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία, τὸ ἐπιτυχεῖν, οὔ) Ed. Salmaſ. Nilus et MS. Hafn. cum Simplicio Ven. 1528. ὅτι ὀ. μὲν ἐπαγγελία ἐστὶν ἐπιτυχία, οὔ. Sic ἐπιτυχία ap. Simplic. p. 189. et ἀποτυχία p. 67. et paſſim. Sequitur tamen h. l. mox περιπεσεῖν, etiam infinito modo; et Arrian. III, 23. vnde haec adumbrata: Τίς ἐπαγγελία ὀρέξεως; μὴ ἀποτυγχάνειν. τίς ἐκκλίσεως; μὴ περιπίπτειν.

τὸ μὴ περιπεσεῖν ἐκείνῳ.) Sic iam ed. Salmaſ. et Meibom. In vulgg. a Wolfio inde ἐμπεσεῖν. vide in ſeqq. cf. inf. c. 31.

ἐκκλίνεται. καὶ ὁ μὲν ἐν ὀρέξει ἀποτυγχάνων, ἀτυχὴς· ὁ δὲ ἐν ἐκκλίσει περιπίπτων, δυστυχής. ἂν μεν οὖν μόνα ἐκκλίνῃς τὰ παρὰ Φύσιν τῶν ἐπί σοι οὐδενὶ, ὧν ἐκκλίνεις, περιπέσῃ. νόσον δ' ἂν ἐκκλίνῃς, ἢ
2. θάνατον, ἢ πενίαν, δυστυχήσεις. Ἆρον οὖν τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ μετάθες ἐπὶ τὰ πα[illegible] Φύσιν τῶν

ὁ μὲν ἐν ὀρέξει ἀποτυγχάνων [illegible] ὁ δὲ ἐν ἐκκλίσει περιπίπτων) Ita non dubitanter repoſui, innumerorum Arriani locorum auctoritate inductus. Lib. II, c. 14. ἐξ οὗ περίεστι — ἐν ὀρέξει μὲν μὴ ἀποτυγχάνειν, ἐν ἐκκλίσει δὲ μὴ περιπίπτειν. III, 22. πότε ὑμῶν εἶδέ μέ τις ἐν ὀρέξει ἀποτυγχάνοντα; πότ' ἐν ἐκκλίσει περιπίπτοντα; cf. I. c. 4. p. 22. Intelligendum vero περιπίπτοντα n. ἐκείνῳ, ὃ ἐκκλίνεις. vt ἀποτυγχάνοντα n. τοῦ ὀρεγομένου. Amat tamen noſter ſic ſine caſu ponere, v. II, 1. p. 174. et p. 175. etc. [illegible] 2. III, 23. p 475. etc. Hinc ap. eund. ἐκκλίσεις περιπίπτουσαι lib. III, 22. cum in idem in[illegible] qui quod euitamus, incidimus, et ἔκκλισις περιπτωτικὴ III, 22. et ἐκκλίνειν περιπτωτικῶς IV, 10. p. 650. Dictus vero περιπίπτειν τινὶ, qui aduerſi quid ſubit et patitur; at contra περιβάλλων is, qui aliquem in calamitatem inducit; vt Simplic. p. 69. περιβάλλειν τοῖς ἐκκλινομένοις, Arrian. IV, 5. τῷ ἐναντίῳ n. τοῦ ἀγαθοῦ, et Antonin. II, 1. αἰσχρῷ γάρ με οὐδεὶς περιβάλλει. vbi male

dem, quem appetitio fruſtratur, infortunatum eſſe; qui vero in id incidit, quod auerſatur, calamitoſum. ſi itaque ea ſola auerſere, quae eorum, quae in tua poteſtate ſunt, naturae repugnant, in eorum, quae auerſeris, nihil incides: at ſi morbum auerſeris, [illegible] mortem, aut paupertatem, eris calamitoſus. Aufer igitur auerſationem 2. ab

male Gataker. rem ab amictu repetit. Immo vero ducta eſt a retibus et laqueis, quibus induimur, et in quae incidimus, ἐμπίπτομεν. Vtrumque etiam hiſtoricis et oratoribus vſitatum, vt περιπίπτειν νόσῳ, συμφοραῖς, ταλαιπωρίαις etc. dicant. Legebatur autem h. l. in vulgg. ὁ μὲν ὀρέξει ἀ. et ὁ δὲ ἐκκλίσει παραπίπτων vel περιπίπτων. Vna Meibom. veram lectionem exhibet ex Haſn. cui adde Nilum. Diſti[illegible] inter ἀτυχὴς, et δυστυχὴς eſt ex argutiis diſc[illegible]linae Stoicae.

[illegible] μὲν οὖν μόνα ἐκκλίνῃς) Arrian. IV, 10. p. 65[illegible]. ἐπὶ μηδὲν ἔκκλινε τῶν μὴ ἐπί σοι. vbi dele ἐπὶ ante μηδὲν. cf. III, 12. I, 4. et inf. c. 31. mox et περιπεσεῖ et περιπεσῇ legitur, item περιπεσεῖ[illegible] et περιπέσεις.

§. 2. ἆρον οὖν) cf. inf. c. 48. Arrian. IV, 4.

καὶ μετάθες —) h. vt illa, morbum, paupertatem, mortem, auerſari non debes, quia euitare non potes: ita auerſare falſas opiniones,

τῶν ἐφ' ἡμῖν· τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε. ἄν τε γὰρ ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τινος, ἀτυχεῖν ἀνάγκη· τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν, ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν ἄν, οὐδὲν οὐδέπω σοι πάρεστι. * μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾶν καὶ ἀφορμᾶν χρῶ, κούφως μέντοι καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνειμένως.

ΚΕΦ. γ'.

nes, prauas cupiditates et libidines: quae vitare in poteſtate tua eſt.

*τὴν ὄρεξιν δὲ*) v. ſup. ad c. I, 1.

*ἐπὶ τοῦ παρόντος*) v. ad I. §. 4.

*ἀτυχεῖν ἀνάγκη*) leg. *ἀποτυχεῖν*. Nam *ὀρεγόμενοι* vel *ἐπιτυγχάνειν*, vel *ἀποτυγχάνειν* dicuntur. Etiam paullo ante hoc cap. §. 1. vidimus. Quod *ἀτυχία* inde ſequitur, remotius et a philoſophi conſilio alienum videtur. Confirmat emendationem Paraphr. in quo *ἀποτυγχάνειν ἀνάγκη*.

*ὅσων ὀρέγεσθαι, καλὸν ἄν*) Ed. Wolf. cum Paraphr. Nilo, Hafn. *ὅσον*, quod eſſet *καθ' ὅσον*, *quatenus*, vt et Simplicius legiſſe videtur, qui p. 48. interpretatur: *ὅτι, φησὶ, πῶς τούτων δεῖ ὀρέγεσθαι, οὔπω σοι πάρεστι.*

*οὐδὲν οὐδέπω σοι πάρεστι*) Ita ex ed. Salmaſ. ſcribitur. In Wolf. et vulgg. *οὐδὲν* omiſſum; contra in MS. Gerdeſ. *οὐδέπω*. MS. Hafn. Nilus et Paraphr. *οὐδὲν οὔπω*, et Simplic. l. l. omiſſo *οὐδὲν*, *οὔπω σοὶ πάρεστι*. hoc, ſi ſententiam reſpexeris, praeferas, et totus locus ſic conſtitu-

ab omnibus, quae in noſtra poteſtate non ſunt, eamque transfer ad ea, quae naturae eorum, quae in noſtra poteſtate ſunt, aduerſantur; appetitionem vero in praeſens prorſus tolle. nam ſi quicquam eorum, quae in noſtra non ſunt poteſtate, appetas, te infortunatum eſſe, neceſſe eſt; ex iis autem, quae in noſtra poteſtate ſunt, nihil, quod honeſte appetas, adhuc tibi adeſt. At impetu ſolo et declinatione vtere, verum leuiter, et cum exceptione, et remiſſe.

CAP. III.

ſtituendus: *τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν ὅσον ὀρέγεσθαι καλὸν ἄν, οὔπω σοι πάρεστι. ea autem quae in potaſtate noſtra ſunt, quatenus appetere liceat, nondum tenes,* nondum didiciſti.

(χρῶ δὲ τῷ ὁρμᾶν) at ſi primis animi motibus indulget, tum ὀρέξεις, quas tamen interdicit, exoriri neceſſe eſt. Simplicius in hac diſputatione valde fluctuat, dum modo Stoicae, modo Academicae ſcholae praecepta amplectitur. Ego ita exiſtimo: Locus de ὁρμῇ et ἀφορμῇ in diſciplina Stoica ad relationes, ſiue naturales, ſiue acquiſitas, inter patrem v. c. et filium etc. adeoque ad officia pertinebat, vt alter ille de ὀρέξει ad πάθη, ſ. animi motus et perturbationes: cf. Arrian. I, 18. III, 2. itaque diſcipulo ὁρμᾶν permittit, ὀρέγειν non permittit.

## ΚΕΦ. γ'.

Ἐφ' ἑκάστου τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείαν παρασχόντων, ἢ στεργομένων, μέμνησο ἐπιλέγειν, ὁποῖόν ἐστιν, ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρξάμενος· ἂν χύτραν στέργῃς, ὅτι χύτραν στέργεις· κατεαγείσης γὰρ αὐτῆς, οὐ ταραχθήσῃ. ἂν παιδίον σαυτοῦ καταφιλῇς, ἢ γυναῖκα, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς.

μεθ' ὑπεξαιρέσεως) Lat. *cum exceptione*, n. niſi res aliter ceciderit. Seneca de Benef. IV, 34. *Sapiens ad omnia cum exceptione veniet: ſi nihil inciderit, quod impediat.* Exemplum eſt c. 4. lauatum eo: at eo animo, vt cogitem, fieri poſſe, vt id perficere nequeam. v. Gataker. ad Antonin. IV, 1.

ἀνειμένως) v. infr. 48. §. 2. pro μέν [illegible] et Hafn. ἀνυπερθέτως, e gloſſa forte, [illegible] contra ſenſum.

C. III. ἐφ' ἑκάστου — μέμνησο ἐπιλέγειν.) Antonin. III. 2 διὸ δεῖ ἐφ' ἑκάστου λέγειν· τοῦτό μεν παρὰ θεοῦ ἥκει etc. MS. Gerdeſ. et Salm. ed. cum Paraphr. ἐφ' ἑκάστῳ, qui caſus vi praepoſ. cum hoc verbo iungitur: vt ſup. πάσῃ φαντασίᾳ τ. ἐπίλεγε. Sed cum ſecundo caſu rei ſ. obiecti, vt dicere ſolemus, etiam inf. c. 4. c. 9 c. 10. vbi tamen Paraphr. et MS. Salm. itidem ἐφ' ἑκάστῳ habent.

## CAP. III.

Singulis in rebus, quae vel animum oblectant, vel vſui inſeruiunt, vel diliguntur, memento verbis ſubiicere, quales illae ſint, a minutiſſimis exorſus. Si ollam diligas, dic te ollam diligere: nam ea confracta non per-

ἢ χρείαν παρασχόντων) χρείαν e Salmaſ. habemus, et ſic Regius; vulgo χρείας. Iidem παρεσχόντων, cum MS. Hafn. et Nilo. Mox ἀρξάμενος repoſui ex ed. Salm. Nilo, MS. Hafn. et Regio; vulgo ἀρχόμενος.

ὅτι χύτραν στέργεις) MS. Hafn. cum Regio, στέργω, mox tamen Hafn. ſolum ὅτι ἄ. καταφιλῶ v. Schol. Sic inf. c. 47. λέγε, ὅτι ὕδωρ πίνεις, in aliis eſt πίνω. Alterum hoc praefert Meibomius, quia alias poſt λέγεις prima perſona ſubiici ſolet. v. c. 4. et 6. Ceterum Wolfius e Simplicio lectionem laudat: ἂν χ. σείεις, ὅτι χ. σείεις, quae in ed. Ven. 1528. extat.

καταφιλῇς — καταφιλεῖς) Poſt στέργῃς et στέργεις deſideret vtique elegantior oratio notionem *amandi*, quam et ipſa ſententia requirit. Sed καταφιλεῖν hac notione frequentatum ne temporibus quidem ſerioribus video: et φιλῇς ac φιλεῖς in libris h. l. neutiquam legitur. Vtitur etiam ſimili exemplo Arrianus III, 24. p. 506. 7. Vnde patet, Stoicis hoc καταφιλεῖν, *oſculari*, placuiſſe, non alterum.

φιλεῖς· ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ, οὐ ταραχθήσῃ.

## ΚΕΦ. δ'.

Ὅταν ἅψασθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπόμνησον σεαυτὸν, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἔργον. ἐὰν λουσόμενος ἀπίῃς, πρόβαλε σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν βαλανείῳ· τοὺς ἀποῤῥέοντας, τοὺς

ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ) vltima vox ab Hafn. Nilo et Regio abeſt, nec male; vti quoque αὐτῆς paullo ante poſt κατεαγείσης in Hafn. et Nilo.

C. IV. ὅταν ἅψασθαι) Salm. MS. Hafn. Nilus ἅπτεσθαι, quod et Simplic. exhibet p. 284. et Paraphr.

ὑπόμνησον) Salm. ὑπομίμνησκε. Sic Nilus et Hafn.

ὁποῖόν ἐστι τὸ ἔργον) Salmaſius ap. [illegible] p. 40. et MS. Hafn. et Harr. cum Paraphr. ὁποῖόν τί ἐστιν. Sic quidem elegantiores; et inf. c. 32. ὁποῖον δέ τί ἐστιν. Emendandus in hac formula Simplic. p. 57. ὅτι καὶ τούτων (actionum noſtrarum) τὴν φύσιν δεῖ προςλογίζεσθαι, ὁποῖά τινα ἔχει συμβαίνοντα. lege ὁποίαν τινα sc. φύσιν. Sic idem inf. κἂν μὴ συμβῇ τι δυσχερὲς — φύσιν δὲ ἔχῃ πολλάκις ἐπισυμβαίνειν. Sed in noſtro ὁποῖόν ἐστιν, omiſſo τι, occurrit etiam c. 3. vbi tamen et Paraphr. ὁποῖόν τί ἐστι. et

perturbaberis. ſi puellum tuum oſculere, aut vxorem, ſubde, te hominem oſculari: nam eo mortuo non perturbaberis.

### CAP. IV.

Opus aliquod aggreſſurus, ipſe tibi in memoriam reuoca, cuius modi ſit illud opus. Si *lauatum abieris*, ea *tibi* proponito, quae fiunt in balneo; alios erumpere, alios

 irrue-

et c. 29. ὁποῖόν ἐστι τὸ πρᾶγμα. c. 32. ὁποῖον δ' ἂν ᾖ.

τοὺς ἀποῤῥέοντας, τοὺς ἐγκρουομένους.) Hanc lectionem vulgatis probabiliorem reuocaui ex ed. Ven. 1535. Naog. Wolf. et MS. Gerdeſ. A Salmaſ. inde legebatur ἀποῤῥαίνοντας et ἐκκρουομένους, quod vert. *perfundi* et *loco pelli*. At Epictetus vult eum, qui aliquam rem aggreditur, animo ſecum reputare, quot caſibus, impedimentis et periculis res obnoxia ſit. Atqui in balneo, *perfundi*, nihil eſt aduerſi. *Loco* vero *pelli* non niſi dure intelligendi eſſent, qui cum lauatum aſſederunt, ab aliis foras eiiciuntur. Sed et illi lectioni, quam recepimus, quid facerent, non videbant interpretes; nam expoſuerunt ſimiliter, *alios perfundi, alios loco pelli* Mihi potius de truſione et ὠθισμῷ turbae exeuntium e balneo et ingredientium, dum mutuo ſe premunt, et vrgent, accipiendum videtur: in quam rem v. Lu-

τοὺς ἐγκρουομένους, τοὺς λοιδοροῦντας, τοὺς κλέπτοντας· καὶ οὕτως ἀσφαλέστερον ἅψῃ τοῦ ἔργου, ἐὰν εὐθὺς ἐπιλέγῃς, ὅτι λούσασθαι θέλω, καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἑκάστου ἔργου. οὕτω γὰρ, ἄν τι πρὸς τὸ λούσασθαι γένηται ἐμποδὼν, πρόχειρον ἔσται, ὅτι

iudicio, in omni negotiolo. haec conſidera, num etiam cum his perturbationum vacuitatem, libertatem, tranquillitatem permutare velis. ſin minus, vide, ne, puerorum inſtar, nunc philoſophus, deinde publicanus, poſtea orator, denique procurator Caeſaris fias. haec inter ſe non conſentiunt. vnum te 7. hominem, aut bonum, aut malum eſſe oportet; aut principalem tui partem excolere oportet, aut externa; aut circa interiora occupari, aut circa exteriora; hoc eſt, aut philoſophi locum tueri, aut plebeii.



*εἰ δὲ μὴ, πρόσεχε, μὴ ὡς)* Nilus et ipſe Arrian. *εἰ δὲ μὴ, μὴ πρόσαγε· μὴ ὡς, ne accede.* Idem: *νῦν μὲν φιλόσοφος* legit, et omittit *γένῃ* poſt *Καίσαρος*, quod et Hafn. facit. Mox vtraque Ven. Arg. Wolf. *ταῦτα οὖν σ.* et haec in marg. *οὐ μή.* Nilus cum Hafn. addit *ὄντα* poſt *ἄνθρωπον*, et pro *τὸ σεαυτοῦ* habet *τοῖς αὐτοῦ.* Quis ſit *ἐπίτροπος Καίσαρος*, v. in Indice.

§. 7. *ἢ περὶ τὰ ἔσω φιλοτεχνεῖν, ἢ περὶ τὰ ἔξω) περὶ* altero loco ex Arriano acceſſit: eſt etiam in Nilo. In Berk. et ceteris Batauis, neſcio vnde, legitur *ἐπὶ τὰ ἔσω*, male. Porro Arrian. *φιλοπόνει*, deb. *φιλοπονεῖν*, conuenienter reliquae orationi; ſed alterum praeſtat, et Arriano alias quo-

## ΚΕΦ. λ΄.

Τὰ καθήκοντα ὡς ἐπίπαν ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. πατήρ ἐστιν· ὑπαγορεύεται, ἐπιμελεῖσθαι, παραχωρεῖν ἁπάντων, ἀνέχεσθαι λοιδοροῦντος, παίοντος. ἀλλὰ πατὴρ κακός ἐστι· μήτι οὖν πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει ᾠκειώθης; οὔ, ἀλλὰ πρὸς πατέρα. ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ· τήρει τοιγαροῦν τὴν τάξιν

quoque frequentatur. Ἡγεμονικὸν paullo ante int. pars princeps animae, *ratiocinatio, mens*, vt ſaepe ap. Platonem et Philonem.

ἢ φ. τάξιν ἐπέχειν) Gerdeſ. στάσιν ἐπέχειν, ex Arriano, qui habet: φιλοσόφου (lege ἢ φ.) στάσιν ἔχειν. et huius loco illud, tanquam interpretamentum, ſucceſſiſſe videtur. v. inf. c. 48.

C. XXX. σχέσεις) ſunt *rationes, quae inter aliquos affectiones et officia temperant, relationes mutuae*, v. c. patris et filii. v. Simplic. ad h. l. et Caſaub. ad Perſ. Sat. I, 3. p. 286. καθήκοντα vero h. l. non peculiari illa Stoicis notione, cum κατορθώμασι opponuntur, ſed ex vulgari vſu loquendi *quaeuis* ſunt *officia*.

παραχωρεῖν ἁπάντων) exponitur: *cedendum ei in omnibus*; tum tamen eſſe deberet, ἐν πᾶσι. At παραχωρεῖν τινος, eſt, cedere rem, προϊέναι, alicuius poteſtati permittere. Luc. D. Mort. 29. παρεχωρήσατέ μοι τῶν ἄθλων· et Arrian. II, 10.

## CAP. XXX.

Officia in vniuerſum relationibus menſurantur. pater eſt; dictatur, curam ipſius eſſe agendam, cedendum ei in omnibus, ferendum eſſe, ſi conuitietur, aut verberet. At pater malus eſt. Numquid igitur cum bono patre a natura coniunctus es? non, ſed cum patre. frater iniurius eſt; ſer-



10. ſane, vbi idem praeceptum proponitur, πάντα αὐτοῦ, ἡγεῖσθαι τοῦ πατρός. ſed et ibid. ἐξίστασθαι ἐν πᾶσι καὶ παραχωρεῖν.

μήτι οὖν π.) cf. Arrian. III, 11. paullo ante Nilus cum Hafn. κακὸς δ πατήρ ἐστιν. Mox οὖ in plerisque excidit; Salm οὐκ. Argent. omiſſo οὖ, pergit, ἀλλὰ μὴ πρὸς πατέρα· ex correctione videlicet.

τήρει τ. τὴν τάξιν.) Male Wolf. cum vulgg. πράξιν. v. ſup. ad c. 22. Iam Caſaub. correxit e Simplic. Paraphr. Adde Nilum, Hafn. Gerdeſ. τάξις eſt h. l. fere, quod σχέσις, *locus, quo reſpectu alterius es.* mox Nilus cum Hafn. σκόπει τὸ, τί ἐ.

κατὰ φ. — προαίρεσις) v. ad c. 4.

ἂν μή συ θέλῃς.) Hafn. et Nilus: εἰ μὴ θέλεις. Ad rem cf. c. 20. c. 5. c. 1. §. 3. v. Seneca de conſt. ſap. c. 5. mox ἔσῃ βεβλαμμένος int. a *phantaſia.*

ξιν τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, μηδὲ σκόπει, τί ἐκεῖνος ποιεῖ, ἀλλὰ, τί σοι ποιήσαντι κατὰ φύσιν ἡ σὴ ἕξει προαίρεσις. σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. τότε δὲ ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι. οὕτως οὖν ἀπὸ τοῦ γείτονος, ἀπὸ τοῦ πολίτου, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τὸ καθῆκον εὑρήσεις, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐθίζῃς θεωρεῖν.

## ΚΕΦ. λά.

1. Τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας, ἴσθι, ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν· ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων, καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως. καὶ σαυτὸν εἰς τοῦτο κατατεταχέναι, τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ εἴκειν ἐν πᾶσι τοῖς γινομένοις,

ἀπὸ τοῦ γείτονος) *a parte, reſpectu vicini*, ſ. *officium tuum in vicinum.* Ad rem cf. Simplic. p. 208. 211. vbi forte leg. ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν στρατηγὸν σχέσεως. mox in noſtro Nilus et Hafn. ἐξευρήσεις et ἐθίζῃ.

C. XXXI. περὶ τοὺς θεοὺς) Hafn. cum Nilo et Paraphr. τὸν θεὸν, e Chriſtiana ratione, vt in ceteris huius capitis; ad quod conf. Arrian. I, 12. III, 26. IV, 5. mox τὰ ὅλα, *vniuerſum hoc*,

va igitur quam relationem ad ipſum obtines, nec ſpecta, quid ille faciat, ſed, quid tibi facturo inſtitutum tuum naturae conſentaneum erit. te quippe alius non laedet, niſi tu velis. tunc autem laeſus eris, cum te laedi putaris. ſic igitur a vicino, a ciue, ab imperatore officium inuenies, ſi relationes conſiderare adſueueris.

## CAP. XXXI.

Pietatis erga deos id praecipuum eſſe ſcito, 1
rectas de illis opiniones habere, tanquam qui exiſtant, et vniuerſa bene ac iuſte adminiſtrent; et ad hoc te ordinatum eſſe, vt illis pareas, et cedas in omnibus, quae fiant, eaque voluntarius ſequaris, vt quae opti-

hoc, τὰ ὅλα πράγματα, alias τὸ ὅλον, a Regio abeſt.

τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ εἴκειν ἐν πᾶσι.) Nilus et Haſn. εἰς τὸ πείθεσθαι αὐτῷ καὶ ἕπεσθαι καὶ εἴκειν πᾶσι. abeſt ἐν ante πᾶσι etiam in Regio et in vulgg. omnibus, additum demum in ed. Salmaſ. cum tamen nec Simplicius agnoſcat p. 214. p. ſq. p. 218. Fatendum ſane, eo omiſſo, duriorem videri orationem εἴκειν τοῖς γινο-

νοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα, ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. οὕτω γὰρ οὔτε μέμψῃ ποτὲ τοῖς θεοῖς, οὔτε ἐγκαλέ-
2. σεις, ὡς ἀμελούμενος. ἄλλως δὲ οὐχ οἷόν τε τοῦτο γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποστῇς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. ὡς ἄν γέ τι ἐκείνων ὑπολάβῃς ἀγαθὸν ἢ κακὸν, πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν ἀποτυγχάνῃς ὧν θέλεις, καὶ περιπίπτῃς οἷς μὴ θέλεις, μέμψασθαί σε καὶ μισεῖν τοὺς

γινομένοις etc. Si itaque τὸ ἐν, quod propter vltimam vocis εἴκειν excidiſſe videri poteſt, admittas, tunc mox ſupplere malim: ἀκολουθεῖν ἑκόντα n. τοῖς θεοῖς ἐν πᾶσι τοῖς γινομένοις, ὡς ὑπὸ τ. Frequens Arriano, ἀκολουθεῖν, παρακολουθεῖν τῷ θεῷ, vid. p. 261. neque tamen eo ſenſu, vt in re Chriſtiana, ſed, *obſequi decretis eius et voluntati parere.*

ὡς ὑπ' ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις.) Regius, ὑπὸ τῆς ἀ. Meibom. et Vptonus interpretantur: *vt quae optimo conſilio perficiantur*; neque multo aliter Polirianus. Verum ita eſſe deberet ἀπ' ἀρίστης γνώμης. Lucian. de Gymn. p. 277. ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς γνώμης γίγνεται, *eodem conſilio fiunt illa.* Xenophon quidem Mem. Socr. I, 4, 4. εἴπερ γε μὴ τύχῃ τινὶ, ἀλλ' ὑπὸ γνώμης ταῦτα γεγένηται. ibi tamen res aliter ſe habet.

optimo conſilio perficiantur. ſic enim nec culpabis vnquam deos, nec incuſabis, quaſi neglectus. quod quidem aliter fieri nequit, 2. quam, ſi ab iis deſiſtas, quae in poteſtate noſtra non ſunt, et in iis ſolis, quae ſunt in noſtra poteſtate, bonum ac malum ponas: adeo vt, ſi quid illorum bonum aut malum opineris, omnino neceſſe ſit, quum iis excideris, quae velis, et in ea, quae nolis, incideris, te culpare et odiſſe auctores. ad

habet. Wolfius rectius expreſſit: *a mente praeſtantiſſima*, vt γνώμη ſit, quod fere νοῦς philoſophis. Argent. Haſn. Nilus legunt, ὡς ἐπὶ τῆς ἀ. var. Harr. ἀπὸ τῆς ἀ. Simplicius vulgatum tuetur; at quo ſenſu, non ſatis apparet: ὡς ὑπ' ἀρίστης γνώμης καὶ ἀγαθῆς προνοίας γενομένοις p. 214.

μέμψῃ ποτὲ τοῖς θεοῖς) MS. Salm. Argent. τοὺς θεοὺς. Haſn. Nilus, Paraphr. τὸν θεόν ποτε. hoc caſu etiam alias iungit noſter; vid. I. §. 3. c. 48 ſed et cum tertio; v. Arrian. p. 237. 351. Sic etiam promiſcue iunctum apud alios, v. c. Xenophontem, Lucianum, inuenies.

§. 2. ἄλλως δὲ οὐχ) vulgo ἄλλως τε. Iſtud repoſui ex Nilo, Haſn. et Paraphr. qui locum ſic exhibent: ἄλλως δὲ τοῦτο οὐχ οἷόν τε, omiſſo γίνεσθαι, pro quo Paraphr. κατορθοῦν. ſed recte omit-

3. τοὺς αἰτίους. πέφυκε γὰρ πρὸς τοῦτο πᾶν ζῶον, τὰ μὲν βλαβερὰ φαινόμενα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι· τὰ δὲ ὠφέλιμα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, μετιέναι καὶ τεθηπέναι. ἀμήχανον οὖν, βλάπτεσθαι τινα οἰόμενον, χαίρειν τῷ δοκοῦντι βλάπτειν. ὥσπερ καὶ τὸ αὐτῇ τῇ βλάβῃ χαίρειν ἀδύ-
4. νατον. ἔνθεν καὶ πατὴρ ὑπὸ υἱοῦ λοιδορεῖται, ὅταν τῶν δοκούντων ἀγαθῶν εἶναι, τῷ παιδὶ

omittas, tanquam ἔξω illatum. ordo verborum τοῦτο οὐχ οἷόν τε eſt etiam in Regio.

ὡς ἄν γέ τι ἐκείνων ὑπολάβῃς.) Haſn. et Nilus ὑπολαβὼν, hic etiam, ἄν γέ τοι. In ed. Salm. γέ τι abeſt. Regius ὑπολάβοις, male poſt ἄν.

ὅταν ἀποτυγχάνῃς, ὧν θέλεις — οἷς μὴ θέλεις) Sic e Salm. ed. emendatum. adde noſtrum Regium; vulgo θέλῃς vtroque loco; quae latina ſtructura, non graeca foret. Haſn. et Nilus θέλεις, et altero loco οἷς οὐκ ἐθέλεις. Paraphr. ὧν ὀρέγῃ — οἷς ἐκκλίνεις. v. ſup. c. 2. mox iidem omnes cum Argent. et Regio μέμφεσθαί σε.

§. 3. πέφυκε γὰρ πρὸς τοῦτο) h. φύσει διατέθειται, διάκειται, *natura ita comparatum eſt*. gloſſ. interl. φυσικῶς ἔχει. Regius πέφυκεν πρὸς. Nempe eſt is naturalis inſtinctus ὁρμὴ, v. Laert. VII, 85. Cic. Fin. III, 5. Mox ἐκτρέπεσθαι gloſſa inter lineas interpretatur ἀποδιοπομπεῖσθαι. Paullo poſt pro τεθηπέναι, quod haud dubie verum,

Ar-

ad hoc enim natura comparatum eſt omne 3
animal, vt, quae nocentia videantur, eorumque cauſſas, fugiat et auerſetur; illa autem, quae proſunt, eorumque cauſſas, perſequatur et admiretur. quare fieri nequit, vt, qui ſe laedi putet, eo, quod laedere videtur, gaudeat: ſicut nec ipſo detrimento gaudere
vllo modo poſſumus. hinc quoque patri 4.
filius conuitiatur, quum his, quae bona eſſe viden-

Argent. MS. Salm. Hafn. Nilus τεθαυμακέναι, vt et in ed. Meibom. expreſſum, et ipſe Simplicius legebat p. 215. p. 80.

*ὥσπερ καὶ τὸ αὐτῇ τῇ βλάβῃ χ.)* Ita Simplicius p. 216. MS. Salmaſ. et Hafn. vnde Meibom. recepit; ita quoque Nilus: in Argent. τῇ exciderat; vulgo ὅθεν καὶ, et in Salm. ed. etiam τὸ τῇ β. Regius ὅθεν καὶ αὐτῇ βλάβῃ, excuſſo τῇ.

§. 4. *ἔνθεν καὶ πατὴρ)* Sic MS. Salm. Hafn. vnde Meibom. recepit; et iam ed. Argent adde Nilum et Paraphr. vulgo ingrata repetitione legebatur: ὅθεν καὶ. Gerdeſ. ὥσπερ καὶ. Simplic. p. 216. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ etc. mox Hafn. et Nilus ὑπὸ τοῦ υἱοῦ.

*τῶν δοκούντων ἀγαθῶν εἶναι)* vltimum voc. abeſſe poterat; et abeſt a Simplicio p. 216. et a Paraphr.

παιδὶ μὴ μεταδιδῷ· καὶ Πολυνείκην καὶ Ἐτεοκλέα τοῦτο πολεμίους ἀλλήλοις ἐποίησε, τὸ ἀγαθὸν οἴεσθαι τὴν τυραννίδα. διὰ τοῦτο ὁ γεωργὸς λοιδορεῖ τοὺς θεοὺς, διὰ τοῦτο ὁ ναύτης, διὰ τοῦτο ὁ ἔμπορος, διὰ τοῦτο οἱ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἀπολλύντες. ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές.

ὥστε

καὶ Πολυνείκην καὶ Ἐτεοκλέα) filii infelicis Oedipi ex Iocaſta, nobiles inimicitiis inuicem exercitis de regno Thebano; vnde *bellum Thebanum* conſlatum eſt, argumentum *Thebaidos* Statii. cf. Arrian. II, 22. IV, 5. Mox Regius: τοῦτ' ἐποίησεν πολ. ἀλ. Argent. τοῦτ' ἐποίησε στασιάζειν. Abeſt ἀλλήλοις etiam a MS. Salm. Porro Nilus et Hafn. ex interpretatione: καὶ τισι τῶν ἀφρόνων τοῦτ' ἐποίησε.

ὁ ἔμπορος) additi artic ex Regio, ed. Salm. et al. Nilus et Hafn. modo: καὶ γεωργός. mox iidem ἐπὶ τούτῳ οἱ τὰς γυναῖκας ἀπολύοντες, καὶ τὰ τέκνα, quod eſſet *dimittentes, repudiantes*: hoc vero male. Argent. habet ἀπολοῦντες. Ceterum abruptas et κομματικὰς has poſitiones, ita ſupplet gloſſa interl. Regii: poſt ὁ γεωργὸς, ἀγαθὸν ἡγούμενος τὴν εὐφορίαν, et de nauta, ἀγαθὸν ἡγ. τὴν γαλήνην· de negotiatore, ἀγ. ἡγ. τὰ κέρδη. poſt γυναῖκας, ἀγαθὸν ταύτας ἡγούμενοι. Tu potius ſupple, διὰ τὸ βλάπτεσθαι δοκεῖν, διὰ τὸ δοκούντων ἀγαθῶν μὴ μετέχειν.

videntur, filium non impertit. et Polynicem atque Eteoclem hoſtili animo hoc inter ſe diſſidere fecit, quod tyrannidem bonum eſſe putarent. propter hoc agricola deos execratur; propter hoc nauta, propter hoc mercator, propter hoc, qui vxores et liberos amiſerunt. vbi enim vtilitas, ibi et pietas*. quam

* ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές). v. Arrian. I, 27. p. 140. II, 22. p. 313. ſqq. Scilicet ex Stoicorum rationibus ſententia horum verborum conſtituenda, nec arbitrandum, Epictetum omnis pietatis cauſſas ab vtili repetere. Sed naturales hominum appetitus et auerſationes nonadmittunt, vt quis pie colere et amare poſſit numen, a quo ſe laedi et bona ſeu negari ſeu eripi putet. Ab veris itaque de bonorum natura iudiciis pietatis ſenſus pendet. Eſt hoc ita ſaltem circumſcribendum, vt pie colere numen poſſit nemo, qui illud boni quicquam in ſe conferre nec velle nec poſſe ſibi perſuaſum habeat: contra eum, qui omnium bonorum, quibus ſe et alios cumulatos videt, fontem et cauſſam deum eſſe reputat, pietatis ſenſu contactum animum habere neceſſe eſt. Hactenus τὸ εὐσεβὲς ſequitur τὸ λυσιτελές, καὶ a Regio abeſt. mox Hafn. et Nilus ὧν δεῖ, non male; ſed illud, ex ratione Arrianea, verius. Iidem paullo poſt ἐν τούτῳ καὶ εὐσεβείας ἐπιμελεῖται. pro vltima voce Argent. ἐπιμελήσεται,

5. ὥστε ὅστις ἐπιμελεῖται τοῦ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ τοῦ ἐκκλίνειν, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ τῆς εὐσεβείας ἐπιμελεῖται. σπένδειν δὲ καὶ θύειν, καὶ ἀπάρχεσθαι κατὰ τὰ πάτρια, ἑκάστοις προσήκει, καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ γλίσχρως, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.

ΚΕΦ.

Var. Wolfii ἐπιμελεῖσθαι, non inelegamter hoc quidem. Porro edd. Batauae καὶ τοῦ ἐκκλίνειν, et καὶ τῆς εὐσεβείας.

§. 5. ἑκάστοις προσήκει) Friget ἑκάστοις· ſaltem retrahendum ad deos: σπένδειν δὲ — ἑκάστοις προσήκει. ed. Ven. 1528. Salm. cum Paraphr. ἑκάστῳ, quod malim, aut quod Argent. MS. Salm. var. Harr. exhibent, ἑκάστοτε. Secundum *patria vero inſtituta*, κατὰ τὰ πάτρια (ἔθη) colere deos praecipiebat etiam Socrates; et *more maiorum* quam ſancti et verendi fuerint Romanis, quis neſcit?

καθαρῶς) pure et caſte, tum corpus, tum animum, nulla labe ſceleris, inprimis caede nulla et ſanguine, contaminatus.

μὴ ἐπισεσυρμένως) interlin. μὴ ἀτίμως. Politianus vertit: *absque laſciuia*. Wolf. *non luxurioſe*. Meibom. et Vpton. *non ſordide*, hi quidem ex Simplicii auctoritate, qui p. 221. — τῷ δὲ καθαρῷ καὶ εἰλικρινεῖ εἴ τι νόθον παραμιχθείη μολύνει αὐτό· οὐ χρὴ οὖν ἐπισεσυρμένως ποιεῖν τι· γὰρ ἐπισεσυρμένον (quod tractim terram ſtringit, velut

quam ob rem, qui id dat operam, vt ſic et 5.
appetat et auerſetur, quemadmodum decet; is eadem opera et pietati dat operam. libare autem, et ſacrificare, et primitias offerre, ſecundum patrios ritus, omnibus conuenit, pure et non ſordide, nec negligenter, nec parce, nec ſupra facultates.



velut ſyrma pallae) μεταλαμβάνει τινὸς ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀκαθαρσίας. Eadem notione dixit p. 139. μετὰ ζωῆς εὐτελοῦς καὶ ἐπισεσυρμένης φιλοσοφίας προσελθών, vbi leg. φιλοσοφίᾳ, *cum vili et ſordida vitae ratione ad philoſophiam acceſſeris*, ita eo loco verte. Ex hac ratione in noſtri loco voc. illud oppoſitum eſſet explicando καθαρῶς. Enimuero mihi e ſermonis ratione ita placet: ἐπισεσυρμένως eſſe *negligenter*, *ſocorditer*, *ſupine*, *obenhin*, ducta notione ab inceſſu fracto et tardo, ſiue e mollitie aliqua muliebri, ſiue e vulnere aut laſſitudine. In hunc fere ſenſum Budaeus hoc voc. interpretatur in Comment. L. Gr. p. 1015. et ſic Antonin. VIII, 51. μήτε ἐν ταῖς πράξεσιν ἐπισύρειν, *remiſſe agere*. Ante ἀμελῶς Simplicius legiſſe videtur μηδ' ἀσεβῶς, v. p. 221. Nilus vero et Haſn. interpolate pro σπένδειν ſeqq. προσήκει κατὰ ἀλήθειαν ἅπτεσθαι ἔργου, καθαρῶς etc. et pro μηδὲ γλίσχρως habent, μηδέ γε αἰσχροκερδῶς.

μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν) Hoc e Socratica ſchola praeceptum v. Memorab. Socr. I, 3, 3. IV, 3, 16. 17.

## ΚΕΦ. λβ'.

1. Ὅταν μαντικῇ προσίῃς, μέμνησο· ὅτι μὲν,
ὡς ἀποβήσεται, οὐκ οἶδας, ἀλλὰ ἥκεις
ὡς ἀπὸ τοῦ μάντεως ἀποπευσόμενος. ὁποῖον
δέ τί ἐστιν, ἐλήλυθας εἰδὼς, εἴπερ εἶ Φιλό-
σοφος. εἰ γὰρ ἔστι τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν,
πᾶσα ἀνάγκη, μήτε ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι, μή-
2. τε κακόν. μὴ φέρε οὖν πρὸς τὸν μάντιν
ὄρεξιν ἢ ἔκκλισιν. εἰ δὲ μὴ, τρέμων αὐτοῦ
πρόσει. ἀλλὰ διεγνωκὼς, ὅτι πᾶν τὸ ἀπο-
βησόμενον, ἀδιάφορον, καὶ οὐδὲν πρὸς σε,
ὁποῖον δ' ἂν ᾖ· ἔσται γὰρ αὐτῷ χρήσασθαι

κα-

17. Habebat ille in ore illud Homeri:
*καδδύναμιν δ' ἔρδειν ἱερ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.*
cf. Vpton. ad h. l.

C. XXXII. Abeſt hoc caput ab Haſn. et Nilo, quippe rei chriſtianae parum accommodatum. Conf. Arrian. II, 7.

ὅτι μὲν, ὡς ἀποβήσεται) ed. Salm. cum ipſo Simplicio p. 255. et var. Harriſ. ὅτι, τί μὲν ἀποβ. multo accommodatius, cum mox ei opponatur: ὁποῖον δέ τί ἐστι, *quid euenturum ſit, quis rei euentus futurus ſit, ignoras: quale vero illud, quicquid euenerit, eſſe debeat, bonum an malum, de eo tibi iam ante ſatis conſtat.* Vulgata ita ſupplenda foret: ὡς ἀποβήσεται n. τὸ πρᾶγ-

μα,

## CAP. XXXII.

Cum ad vatem accedis, memento ignorare 1.
te, quem euentum res habitura ſit; venire autem, vt ex vate hoc audias. quale vero id eſſet, vtique, cum venires, ſciebas, ſi quidem philoſophus fueris. ſi enim aliquid ex iis ſit, quae in noſtra poteſtate non ſunt, neceſſe omnino eſt, neque bonum id eſſe,
neque malum. ad vatem igitur appetitio- 2.
nem aut auerſationem ne adferas; alioqui tremens eum accedes: ſed, cum certo noris, quicquid euenturum ſit, indifferens eſſe, et nihil



μα, *de quo vatem conſulis*, et mox ὁποῖον δέ τι n. τὸ ἀποβησόμενον.

ὡς ἀπὸ τοῦ μάντεως ἀποπευσόμενος) magis graece ed. Salm. ipſe Simplic. p. 255. et Gerdeſ. ὡς παρὰ τοῦ μ. αὐτὸ πευσόμενος. Xenoph. Mem. I, 1. 9. πειρᾶσθαι διὰ μαντικῆς παρὰ τῶν θεῶν πυνθάνεσθαι. Salm. etiam mox ὄρεξιν καὶ ἔκκλισιν, et, τρέμων αὐτῷ πρόσει· vt init. cap. μαντικῇ προσιέναι, et Simplic. p. 254. ἐπεὶ ἀνάγκη, τρέμοντα προσιέναι τῇ μαντείᾳ. Paullo poſt ead. Salm. πᾶν ἀποβησόμενον.

ἀλλὰ διεγνωκὼς —) luxatior paullo oratio, et impeditior, cuius ἀπόδοσις eſt: θαῤῥῶν οὖν etc. οὖν e more Graecorum additur propter inter-

καλῶς, καὶ τοῦτο οὐδεὶς κωλύσει· θαῤῥῶν οὖν, ὡς ἐπὶ συμβούλους ἔρχου τοὺς θεούς· καὶ λοιπὸν, ὅταν τι συμβουλευθῇ, μέμνησο, τίνας συμβούλους παρέλαβες, καὶ τίνων
3. παρακούσεις ἀπειθήσας. ἔρχου δὲ ἐπὶ τὸ μαντεύεσθαι, καθάπερ ἠξίου Σωκράτης, ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις τὴν ἀναφορὰν εἰς τὴν ἔκ-

teriectam παρένθεσιν· ἔσται γὰρ — [illegible]ει. In verbis ὁποῖον δ' ἂν ᾖ, particula δὲ eſt [illegible]cli-tica habenda, vt ſupra c. 17. N[illegible]us, οἷον δ' ἂν θέλῃ. Xenoph. καὶ ὅτου δ' ἂν ἄλλου δέωνται. Nolo quicquam ſollicitare; locus tamen e ſermonis ratione ſic conſtitutus fuiſſe videtur: μὴ φέρε — μηδὲ τρέμων αὐτὸν πρόσει, ἀλλὰ διεγνωκὼς, ὅτι πᾶν τὸ ἀποβ. — ὁποῖον δ' ἂν ᾖ. ἔσται γὰρ κωλύσει. Θαῤῥῶν οὖν etc. nec tremens ad eum accede, *ſed tanquam is, qui noris* etc. *ita apud te ſtatuens* etc.

τίνων παρακούσεις) Sic ed. Salm. et MS. Salm. recte, propter τὸ παρέλαβες. Vulgg. παρακούσῃς. Eadem edit. paullo ante ὅταν τί σοι συμβουλευθῇ.

§. 3. ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις etc.) non, niſi de euentu incerto rerum, conſuli Deos vult, non vero, vtrum aliquid faciendum ſit, nec ne, de quo iam aliunde conſtare nobis poteſt. Socratis verba v. ap. Xenoph. Mem. I, 1. Sect. 6. ſeqq. ἐφ' ὧν pro ἐπ' ἐκείνων πραγμάτων, ὧν l. περὶ ὧν. ἔκβασις eſt *exitus, euentus rei:* ἀναφορὰν

ἔχει

nihil ad te attinere; eo enim bene vti licebit, neque hoc quiſquam prohibebit; idcirco confidens ad deos, tanquam conſiliarios adi. ceterum, vbi aliquid conſultum fuerit, memento, quos conſiliarios adſumſeris, et quibus inobediens futurus ſis, ſi non parueris. ſic autem vatem conſulturus accedito, quem- 3.

H 4 admo-

ἔχει [illegible] τὴν ἔκβασιν, pro ἀναφέρεται εἰς, *ſpectat*, *p[illegible]d euentum, de euentu tantum tota deli[illegible]o initur.* Sic Simplic. p. 153. τούτων εἰς ἡμᾶς ἐχόντων τὴν ἀναφορὰν, *his ad nos pertinentibus.* Antonin. III, 4. τὴν ἀναφορὰν ποιεῖσθαι ἐπί τι κοινωφελές. Xenoph. I. I. περὶ δὲ τῶν ἀδήλων, ὅπως ἂν ἀποβήσοιτο, μαντευσομένους ἔπεμπεν, εἰ ποιητέα.

οὔτε ἐκ λόγου) haec ab Argent. abſunt. Simplicius interpretatur, ἀπὸ φρονήσεως, h. animi iudicio, prudentia et conſilio. ἐκ τέχνης, intellige artium praecepta ſeu experimenta, quibus ſatis conſtat, quid faciendum aut quis rerum euentus futurus ſit: v. c. artem nauigandi; ne conſulas, an poſt occaſum Pleiadum nauigandum ſit. v. Xenoph. Mem. I, 7. ἀφορμαὶ porro ſunt *parua quaedam momenta, occaſiones, adminicula, quorum ope coniicere licet*, ſ. *ea, quae locum coniecturae praebent.* Τὸ προκείμενον vero, *id, de quo quaeritur, deliberatur deus tandem conſulitur*; vti apud philoſophos dicitur de *quaeſtione*, ſ. *de eo, quod ad diſceptandum proponitur*, προτίθεται.

ἔκβασιν ἔχει, καὶ οὔτε ἐκ λόγου, οὔτε ἐκ τέχνης τινὸς ἄλλης, ἀφορμαὶ δίδονται πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ προκείμενον. ὥστε, ὅταν δέῃ συγκινδυνεῦσαι φίλῳ, ἢ πατρίδι, μὴ μαντεύεσθαι, εἰ συγκινδυνευτέον. καὶ γὰρ ἂν προσείπῃ σοι ὁ μάντις, φαῦλα γεγονέναι τὰ ἱερὰ, δῆλον, ὅτι ὁ θάνατος σημαίνεται, ἢ πήρωσις μέρους τοῦ σώματος, ἢ φυγὴ· ἀλλὰ ἔνι λόγος, καὶ σὺν τούτοις παρίσταται, τῷ φίλῳ, καὶ πατρίδι συγκινδυνεύειν. τοιγαροῦν τῷ μείζονι μάντει πρόσεχε τῷ Πυθίῳ, ὃς ἐξέβαλε τοῦ ναοῦ τὸν οὐ βοηθήσαντα ἀναιρουμένῳ τῷ φίλῳ.

ΚΕΦ.

*ὅταν δέῃ,)* ed. Salm. *ὅταν δεήσῃ·* mox Upton. *προείπῃ*, minus bene; *προσειπεῖν* eſt Lat. *nuntiare*, quando de aruſpice dicitur. *φαῦλα τὰ ἱερὰ*, non *καλὰ*, quibus litatur, *καλλιερεῖται*. Porro Harriſ. var. *ὅτι ἡ θάνατος*, melius ac vulgata. Mox ex Salm. ed. *μέρους σώματος* dedi. Ceteris *τοῦ* abeſt.

*ἀλλ' ἔνι λόγος, καὶ σὺν τούτοις παρίσταται τῷ φ. καὶ π. συγκινδυνεύειν)* locus manifeſte vitioſus. Caſaub. et Meibom. recte emendabant; *παρίστασθαι τῷ φ.* *opitulari amico*; at *ἔνι λόγος* vertebant: *ratio ſuadet*, quod tamen graeca non poſſunt ſignificare; quae eſſent potius; *ineſt ratio*. Wolfius *ἐνὶ λόγῳ* in margine notavit, neſcio,

admodum voluit Socrates; iis ſcilicet de rebus, quarum tota conſideratio ad euentum refertur, et in quibus nec ex ratione, nec ex arte ſuppetunt occaſiones, ad id, quod propoſitum eſt, conſiderandum. quare, quando vna cum amico, aut patria, periculum ſubeundum, vates non eſt conſulendus, num periculum vna ſubeundum. nam ſi tibi vates dixerit, infauſta fuiſſe ſacra, conſtat aut mortem ſignificari, aut membri alicuius truncationem, aut exilium. ſed tamen ratio eligit, etiamſi et haec euentura ſint, amico opitulari, et cum patria diſcrimen adire, quam ob rem maiori attendito vati, Pythio, qui eum templo eiecit, qui amico, cum interficeretur, opem non tulerat.



ſcio, vnde, certe hoc interpolatum. Salm. ἀλλ' ἢ ἕνι λόγος, et Ven. 1528. ἀλλ' ἢ ἕνι λόγος, vnde legi poſſit, ἀλλ' ἢ ἔτι λόγος καὶ σὺν τούτοις παρίσταται etc. *ratio vtique iubet, hortatur, monet, etiam cum his* etc. vel omiſſa particula, ἀλλ' ἔτι λ. quod Simplicius confirmare videtur, qui p. 258. ita παραφράζει· ὁ γὰρ ὀρθὸς λόγος ὑπαγορεύει συγκινδυνεύειν, vt παρίστασθαι ſit hortari, monere.

## ΚΕΦ. λγ΄.

1. Τάξον τινὰ ἤδη χαρακτῆρα σαυτῷ καὶ τύπον, ὃν φυλάξεις ἐπί τε σεαυτοῦ ὢν,
2. καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνων. Καὶ σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω· ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι' ὀλίγων. σπανίως δέ ποτε, καιροῦ παρακα-

monere. vnde παραστήματα monita, παραγγέλματα praecepta ſunt ap. Antonin. III, 11. In MS. Salm. legebatur ἀλλ' ἐρεῖ λόγος, [illegible] poſt Salmaſ. et Gataker. ad Antonin. II, 5. [illegible]co-nus legit αἱρεῖ λόγος, *ratio dictat, ſuadet*, modo loquendi Epicteto aliisque philoſophis frequentato. cf. Gataker. ad IV, 24. Sic in Platone de rep. X. p. 604. ὁ λόγος ἐρεῖ, iam Stephanus emendabat αἱρεῖ.

ὃς ἐξέβαλε) Duo Delphos petituri in latrones inciderant, a quibus cum alter occideretur, alter fuga elapſus Delphos pergeret, a Deo iuſſus eſt templo exire. Oraculum fuit eiusmodi:

Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι, παρὼν πέλας, οὐκ ἐπαμύνας,
Ἤλυθες οὐ καθαρός· περικάλλεος ἔξιθι σηκοῦ.

*O praeſens aderas pereunti quisquis amico,*
*Attuleras nec opem, templo decede, profane.*

v. Simplic. ad h. l. cf. Aelian. V. H. III, 44.

C. XXXIII. §. 1. τάξον τινὰ ἤδη χαρακτῆρα) *certam aliquam formam et exemplar morum in animo tuo tibi concipe, ad quod te totum componas.* In voc. ἤδη neſcio an ἠθῶν vel ἤθους lateat, vt *forma*

## CAP. XXXIII.

Praeſcribe iam tibi figuram aliquam et for- 1.
mam, quam et ipſe tecum ſolus, et in
congreſſibus hominum, obſerues. Et qui- 2.
dem ſilentium tene plurimum; aut neceſſaria
loquere, et paucis. raro autem, occaſione
quan-

*nia morum* ſit. Nilus et Hafn. τινὰ εἴδους χαρα-
κτῆρας exhibent, *aliquam imaginem formae*, vel
[illegible] εἶδος de *genere vitae* explicandum foret.

[illegible] φυλάξεις) Vpton. neſcio vnde, φυλάξῃς. in
vna Amſt. 1670. ita reperio ſcriptum. Mox
Hafn. ἐπί τε σεαυτῷ ὤν· at hoc ſignificat, *in po-
teſtate ſua eſſe.*

§. 2. καὶ σιωπὴ) abrupta oratio et dura. in Nilo
Hafn. Paraphr. καὶ abeſt; non male.

σπανίως δέ ποτε — ἥξομεν) Nolo haec ſollici-
tare; mihi tamen, ex forma et genio reliquo-
rum praeceptorum, et ex ſenſu aliquo, qui
fere ex lectione aſſidua contrahitur, haec ita
fuiſſe verbis concepta videntur: εἰ δέ ποτε, κ.
π. ἐπὶ τὸ λέγειν τι ἥξομεν, *ſi quando, vt copioſius
dicas, res poſtulet.* Enimvero, dices, quid τοῖς,
σπανίως δὲ, faciemus? interpretamentum ſunt
inter lineam adſcriptum; neque ſane Simpli-
cius illa agnoſcit p. 262. nec Paraphraſtes.

καιροῦ παρακαλοῦντος) *ſi tempus exegerit*, v.
mox ad §. 5. In Wolfiana et hinc vulgg. παρ-
ακολουθοῦντος. ſed iam ipſe Wolfius emenda-
bat, vt nunc eſt. ante καιροῦ ſaltem καὶ excidiſſe
videri

ρακαλοῦντος, ἐπὶ τὸ λέγειν τι ἥξομεν, ἀλλὰ περὶ οὐδενὸς τῶν τυχόντων. μὴ περὶ μονομάχων, μηδὲ ἱπποδρομιῶν, μὴ περὶ ἀθλητῶν, μὴ περὶ βρωμάτων ἢ πομάτων, τῶν ἑκασταχοῦ λεγομένων· μάλιστα δὲ μὴ περὶ
3. ἀνθρώπων, ψέγοντες, ἢ συγκρίνοντες. Ἂν μὲν οὖν οἷός τε ᾖς, μέταγε τοῖς σοῖς λόγοις τοὺς τῶν συνόντων ἐπὶ τὸ προσῆκον. εἰ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις ἀποληφθεὶς τύχοις, [illegible] ἐλως

videri debet. Poſt λέγειν, abeſt τι in Nilo, Haſn. Var. Harr. cf. Simplic. p. 263. Nilus porro ἥξωμεν, et, περὶ μηδενός.

μὴ περὶ μονομάχων) Haſn. Nilus μονομαχιῶν, vt et Simplic. p. 263. 287. idem cum ed. Salm. ἱπποδρομιῶν, non male, vt ſint *ipſa certamina*, non τὰ ἱπποδρόμια, dies ludorum equeſtrium, ludi. Nilus et Haſn. μὴ περὶ ἱππ. et μὴ βρωμάτων, et, ἢ τῶν ἑκαστ. λεγ. hoc non male. Ad rem v. Arrian. III, 16.

μὴ περὶ ἀνθρώπων) intellige ex antec. λέγωμεν, nec cum ψέγοντες iunge, vt Berkelius et Vptonus fecere: ille quidem etiam praefert λέγοντες, ex ed. Wolf. Plant. ne ψέγοντες περί τι dicatur. Simplic. p. 263. μάλιστα δὲ μὴ περὶ ἀνθρώπων ποιεῖσθαι τὸν λόγον, ψέγοντα ἢ ἐπαινοῦντα ἢ συγκρίνοντα. hac forma exhibent extrema etiam Haſn. et Nilus: niſi quod ille κρίνοντα, et ed. Ven. Simplicii 1528. λέγοντα ἢ ἐπαινοῦντα ἢ συγκρίνον-

quandoque aduocante, ad dicendum aliquid veniemus; ſed non de quibusuis rebus, non de gladiatoribus, non de ludis circenſibus, non de athletis, non de cibis aut potionibus; quae vulgo in ſermonem veniunt: maxime autem nihil de hominibus, vituperantes vel laudantes vel inter ſe comparantes. Si igi- 3
tur poſſis, familiarium tuorum ſermones tuis ſermonibus eo, quod decet, traducito.

quod

κρίναντα. Mox ἂν μὲν οὖν vsque ad σιώπα ab eadem ed. Ven. et ab Argent. abſunt. expreſſa tamen in verſ. a Naogeorgio.

§. 3. μέταγε ταῖς σοῖς λόγοις τοὺς τῶν συνόντων) hac arte, ſermones, quorſum vellet, deducendi, excellebat Socrates; οἵαν εἶχε Σωκράτης δύναμιν, ὥστ' ἐν πάσῃ συμπεριφορᾷ ἄγειν ἐπὶ τὸ αὐτοῦ τοὺς συνόντας, h. *vt in omni ſermone ad ſuum propoſitum perduceret ceteros.* v. Arrian. III, 16. p. 423. Hafn. Nilus, MS. Salm. var. Harr. μέταγε (priores duo μετάγαγε) τοὺς σοὺς λόγους καὶ τοὺς τῶν συνόντων.

ἐν ἀλλοφύλοις ἀποληφθεὶς) hoc in Simplicio p. 265. Nilo etc. legitur; at in plerisque ἀπολειφθεὶς, minus bene; Latinorum *deprehenſus* altero exprimitur. Ἀλλόφυλοι, *extranei* opponuntur familiaribus et notis hominibus, vt οἱ ἔξωθεν τοῖς οἰκείοις. Simplicius tamen aliter, nimis forte anguſte, accipit p. 265. ἐν ἀνθρώ-

ποις

4. Γέλως μὴ πολὺς ἔστω· μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, 5. μηδὲ ἀνειμένος. Ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν· εἰ δὲ μὴ, ἐκ τῶν ἐνόντων.

6. Ἑστιάσεις τὰς ἔξω καὶ ἰδιωτικὰς διακρούου. ἐὰν δέ ποτε γένηται καιρὸς, ἐντετάσθω σοι ἡ προσοχὴ, μήποτε ἄρα ὑποῤῥυῇς εἰς ἰδιωτισμόν. ἴσθι γὰρ, ὅτι, ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολυσμένος, καὶ τὸν συναναστρεβόμενον αὐτῷ

ποις κατ' ἄλλο εἶδος ζωῆς, τὸ διεφθαρμένῳ τραφεῖσί τε καὶ συνεθισθεῖσιν, οὓς ἀλλοφύλους ἐκάλεσε, *qui aliud inſtitutum vitae ſequuntur, praua inſtitutione et conſuetudine corrupti.* (Pythagoreos hoc ſenſu ea voce vſos Federus, amiciſſimus collega, me monuit ex Scheffero p. 98. et Bruckero To. I. p. 1027.)

§. 5. ἐκ τῶν ἐνόντων) n. παραίτησαι, *detrecta iusiurandum.* Si tamen Simplicii verba p. 266. expendas, eum legiſſe in ſuo putes ἐκ τῶν ἐνόντων ἔμμενε, aut ſimile quid; *ſin minus potes penitus abſtinere iureiurando, at, quantum potes, illud ſerua.* Venetae, Wolf. Argent. Genev. ἐκ τῶν ὄντων. Sed ſatis frequentatum alterum, etiam a Luciano et aliis: ἐκ τῶν ἐνόντων. ὡς ἔνι μάλιστα. ὡς ἐνῆν. Idem Stoicis eſt τὸ ἐνδεχόμενον. mox §. 8. εἰς δύναμιν.

§. 6. ἑστιάσεις τὰς ἔξω καὶ ἰδιωτικὰς) ed Meib. e Salm. MS. τὰς ἐξωτικάς. Sic quoque ed. pr. Simplicii. Veneta. Τὰς ἔξω intellige τῆς ἰδίας

quod ſi ab extraneis circumuentus fueris, taceto. Riſus nec ſit multus, nec ob multa, 4.
nec effuſus. Iusiurandum recuſa, ſi fieri 5.
poteſt, omnino; ſin minus, quantum res
ferant. Conuiuia extranea et vulgaria re- 6.
ſpue. quod ſi quando tempus incidat, attentio tibi excitetur, ne in vulgarem ſtatum prolabaris: ſcias enim, ſi ſocius pollutus fuerit, 7.
etiam

οἰκίας. niſi malis *conuiuia cum* τοῖς ἔξω, h. *hominibus a philoſophia alienis:* vide c. 47. quia additur ἰδιωτικάς. Simplic. priorem rationem ſequitur p. 267. χρὴ οὖν τὸν ἐπιεικῆ τε ἔξω τῆς ἑαυτοῦ ἑστιάσεως ἰδιωτικὰς ἑστιάσεις παραιτεῖσθαι (hoc eſt διακρούεσθαι), vbi ex ed. Ven. principe legendum, τὰς ἔξω τῆς ἑαυτοῦ ἐνστάσεως, *conuiuia plebeia ſuo inſtituto non conuenientia;* alias legerem τὰς ἔξω τῆς ἑαυτοῦ (n. οἰκίας) καὶ ἰδιωτικὰς ἑστιάσεις. In eodem in eadem re paullo ante pro τῶν λοιπῶν ἀνδρῶν lege τῶν λογίων h. *ſapientum vel doctorum hominum.* Sunt vero ἰδιωτικαὶ *cum plebeis hominibus, rudibus et philoſophiae expertibus.* Notum ἰδιώτην philoſophis eſſe quemuis *non philoſophum;* eadem ratione, qua Graecis *barbari*, Clericis *laici.*

ἂν δέ ποτε γ. καιρὸς) καιρὸς h. l. non modo *tempus opportunum*, ſed, *quod illa neceſſario exigat*, v. c. in die feſto, precibus amicorum etc. Sic et §. 9.

ἐπε-

μολύνεσθαι ἀνάγκη, κἂν αὐτὸς ὢν τύχῃ κα-
7. θαρός. Τὰ περὶ τὸ σῶμα μέχρι τῆς χρείας
ψιλῆς παραλάμβανε. οἷον τροφὰς, πόμα,
ἀμπεχόνην, οἰκίαν, οἰκετίαν. τὸ δὲ πρὸς
8. δόξαν, ἢ τρυφὴν, ἅπαν περίγραφε. Περὶ
ἀφροδίσια εἰς δύναμιν πρὸ γάμου καθαρευ-
τέον.

ἐντετάσθω σοι ἡ προσοχὴ) τοῦ νοῦ, *animus tibi intendatur*, ſup. c. 7. τετάσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν. Edd. Wolf. Venetae, Plant. et aliae προσευχὴ, perperam, vti c. 52. pro ἐκτέον legitur εὐκτέον.

ὑποῤῥυῇς εἰς ἰδιωτισμὸν) Salmaſ. ap. Meibom. p. 45. Var. Harriſ. ἀποῤῥυῇς' etiam Simplicius p. 268. -- εἰς τὴν τῶν ἰδιωτῶν ἀποῤῥυῇ τάξιν. Sed verum ὑποῤῥυῇς h. λάθῃς σεαυτὸν εἰς ἰδιωτισμὸν ἐξολισθαίνων, ἐκπεσὼν ſ. ἰδιώτης γενόμενος, vt graece haec eſſent efferenda. Paraphraſis exponit per ὑποσυρῇς, *auferaris*. Mox Hafn. et Nilus eleganter συμμολύνεσθαι. Ven. vtraque et Argent. κἂν αὐτὸς ὢν τύχῃς καθαρός.

§. 7. μέχρι τῆς χρείας ψιλῆς) Ita ex Paraphraſi, Simplicii veſtigiis inſiſtens, emendauit Caſaubonus, et e MS. Salmaſ. Hafn. Meibomius; adde nunc Nilum: vulgo μ. τ. χρείας ψυχῆς, quod neſcio an non et ipſe Simplicius in ſuo habuerit. nam is p. 297. vbi ſuperiora repetit, *rebus, quae ad corpus ſpectant*, dicit *vtendum eſſe* κατὰ τὴν ψυχικὴν τοῦ σώματος χρείαν. Haec et ſimilia quoties obſeruo, leuatum ſentio deſiderium antiquiorum codicum. Ap-

paret

etiam conuerſantes cum eo pollui neceſſe eſſe, quamuis hic purus fuerit. Ea, quae 7.
ad corpus attinent, ad nudum vſum adſume: vt, cibos, potum, veſtitum, domum, familiam. id autem omne, quod ad oſtentationem aut delicias pertinet, circumſcribe.
A re venerea, quantum fieri poteſt, ante nu- 8.
ptias

Patet enim ſatis, corruptelas non ſerioribus demum aetatibus ſubnatas. Porro Venetae, Argent. Wolf. Salm. aliae παραλαμβάνειν, vt pro imperatiuo ſit, ſubintellecto δεῖ, προσήκει· verum ita et mox eſſe deberet περιγράφειν.

τὸ δὲ πρὸς δόξαν) Hafn. et Nilus τὰ δὲ πρὸς ἡδονὴν ἢ δόξαν, ἢ τ. ἅπαντα. Paullo ante pro οἰκίαν Hafn. οἰκείαν, in Nilo abeſt.

ἅπαν περίγραφε) *tolle, remoue, recide.* Simplicius expreſſit τὸ περιττὸν ἀφαιρεῖν et ἀποσκευάζεσθαι p. 272. Elegans vero vſus vocabuli περιγράφειν hoc ſenſu; quod proprie eſt, *lineis et limitibus quibusdam circumſcribere*, περιορίζειν· hinc eſt *coercere, finire, finibus certis aliquid continere*, quo fere ſenſu Lat. *circumſcribere.* v. Geſner. Theſ. L. L. h. v. et Graev. ad Cic. ad Att. VII, 9. Lucian. Hermot. p. 543. ὅτι σε περιέγραψαν μὴ πλείω βιῶναι, τὸ μήκιστον, ἐτῶν ἑκατόν, *praefiniuerint tibi terminum centum annorum, circumſcripſerint, ne plus* etc quod Cic. pro C. Rabir. 10. *curriculum vitae exiguum circumſcripſit nobis natura, immenſum*

 glo-

τέον. ἁπτομένῳ δὲ, ὡς νομιμόν ἐστι, μεταληπτέον. μὴ μέν τοι ἐπαχθὴς γίνου τοῖς χρωμένοις, μηδὲ ἐλεγκτικός. μηδὲ πολλα-
9. χοῦ τὸ, ὅτι αὐτὸς οὐ χρῆ, παράφερε. Ἐάν τίς σοι ἀπαγγείλῃ, ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει,

*gloriae*. Xenoph. Mem. I, 4. 12. τὸ δὲ καὶ τὰς τῶν ἀφροδισίων ἡδονὰς τοῖς μὲν ἄλλοις ζώοις δοῦναι, περιγράψαντας τοῦ ἔτους χρόνον, vbi f. leg. μόνον v. Simplic. p. 317. 330. at p. 274. οὐ γὰρ μάτην ὁ νόμος αὐτὸ περιέγραφεν vertitur *deſcripſiſſet*, male; eſt, *interdixiſſet, libidinem coercuiſſet*. Quia vero circumſcribendo et ducendo limitem extantia et ſupereminentia, vel ſuperflua praeciduntur, hinc περιγράφειν, συμπεριγράφειν et *circumſcribere* eſt *adimere, auferre*, vt h. l. et paſſim apud Sext. Empir. v. c. P. H. I, 14. de quo notatu cf. Caſaub. ad Athen. II, 23. Sed is nimis argute e foro Attico ductum putat; eſt enim potius vel a limite ducta illa notio, vel a pictura, vbi περιγράφειν eſt *lineis extima figurae includere*, vnde et περιγραφὴ, *circumſcriptio, der Umriſs*. Lucian. Imag. T. II, p. 5. τὴν δὲ τοῦ παντὸς προσώπου περιγραφὴν, et de Gymn. p. 287. *adoleſcentes neque aridi neque craſſiores*, ἀλλ' εἰς τὸ σύμμετρον περιγεγραμμένοι, *ad iuſtam formam et proportionem circumſcriptis membris*. Diodor. Exc. p. 519. κατὰ τὴν ὅλην τοῦ σώματος περιγραφήν. Eſt etiam *finire* v. c. orationem de quo v. Weſſel. ad Diod. I, 41.

ptias purus eſto: ſin attigeris, ea legitime vtendum. ne tamen iniquus ſis iis, qui illa vtuntur, neque eos redarguas; nec paſſim iactes, te ea non vti. Si quis tibi nuntiet, 9.
Hic tibi maledicit; ne refuta, quae dicta ſunt,



§. 8. *ἁπτομένῳ δὲ*) Naogeorgius *τοῦ γάμου* intellexit; verius, *τῶν ἀφροδισίων*. Xenoph. quoque Mem. I, 3. 8. *τῶν τοιούτων* (n. *ἀφροδισίων*) *ἁπτόμενον*. Ceterum tota §. haec a Nilo et Haſn. abeſt.

*ὡς νόμιμόν ἐστι*) Simplic. p. 274. *ὧν νόμιμόν ἐστιν*. Vt vero haec intelligas, tenendum, rem veneream ipſam nihil viſam eſſe habere vitii, modo non *παρὰ φύσιν*, aut, *παρὰ δίκαιον*, in alienis vxoribus aut filiabus occupata eſſet; in meretrice vero vel ancillula non peccabatur. Commentarius huius §. eſſe poteſt Sat. 2. lib. I. Horatii, vbi ex hac ratione diſputat: *Nam ſimul ac venas* etc. *Huc iuuenes aequum eſt deſcendere; non* etc. cf. Xen. Mem. I, 3, 14.

*ὅτι αὐτῷ οὐ χρή*) ed. Salm. cum. Var. Harr. *αὐτὸς*, idque praeſtat. Simplicius in ed. Ven. pr. *ὅτι αὐτὸς οὐ χρῆ*, *id non omnino neceſſe eſſe*. Cum *τὸ αὐτῷ* non habeat, quo referas, Berkel. emendabat *αὐτοῖς* n. *ἀφροδισίοις*· ſed poſt pluralem numerus ſingularis inferri ſolet. Pro *παράφερε* MS. Salm. *πρόφερε*, quod Meibomio placebat.

9. *ἀπαγγείλῃ*) Nilus *ἀπαγγέλλῃ*, Haſn. *ἀπαγγέλῃ*, Var. Har. *ἀπαγγελῇ*. mox *ἀπολογοῦ* gloſſa interlin.

λέγει, μὴ ἀπολογοῦ πρὸς τὰ λεχθέντα, ἀλλ' ἀποκρίνου, ὅτι ἠγνόει γὰρ τὰ ἄλλα προσόντα μοι κακὰ, ἐπεὶ οὐκ ἂν ταῦτα
10. μόνα ἔλεγεν. Εἰς τὰ θέατρα τὸ πολὺ παριέναι οὐκ ἀναγκαῖον. εἰ δέ ποτε καιρὸς εἴη, μηδενὶ σπουδάζων φαίνου ἢ σεαυτῷ· τουτέστι, θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γινόμενα, καὶ νικᾶν μόνον τὸν νικῶντα. οὕτω γὰρ οὐκ ἐμποδισθήσῃ. βοῆς δὲ καὶ τοῦ ἐπιγελᾶν τινι, ἢ ἐπιπολὺ ἐπικινεῖσθαι, παντελῶς ἀπέχου. καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι, μὴ πολλὰ περὶ τῶν γενομένων διαλέγου, ὅσα μὴ φέρει πρὸς τὴν

lin. explicat διαμάχου, ψευδῆ δεικνύων τὰ αὐτῷ εἶναι. Porro Argent. σὲ κακὸν λέγει,

ὅτι ἠγνόει γὰρ τὰ ἄλλα) Nilus et Hafn. διότι ἠ. τὰ ἄλλα τὰ π. Regius διότι ἠ. τὰ ὅλα πρ. male. Var. Harr. τὰ ἄλλα τὰ π.

§. 10. εἰς τὰ θέατρα etc.) Ad haec intelligenda meminiſſe neceſſe eſt illius ſeculi furorem, quo ad ſpectacula, et ludos ſiue ſcenicos, ſiue circenſes ferebantur; porro aurigarum in circo *factiones*, et *ſtudia* ſpectatorum, qui vel huic factioni vel illi *fauerent*, v. Plin. ep. IX, 6. cf. Lipſ. Elect. III, 10. Saturn. II, 24. et paſſim alios. Ceterum Argent. πολὺ παριέναι, omiſſo τὸ, recte; Paraphr. ἐπὶ πολύ.

ſed reſponde, Ignorabat enim cetera, quae mihi adſunt, vitia; alioqui non ſola haec dixiſſet. In theatra ſaepe prodire, neceſſe 10.
non eſt. quod ſi quando incidat tempus, nulli fauere videaris, praeterquam tibi ipſi; hoc eſt, velis fieri ſola ea, quae fiunt, et vincere ſolum, qui vincit. ſic enim non impedieris. adclamatione autem, et riſu, aut diuturniore commotione penitus abſtineto. Et poſtquam diſceſſiſti, multa de iis, quae facta ſunt, ne diſſeras, quae ad tui correctionem non conducunt. ex eo enim adpa-

 ret,

καιρὸς εἴη) cum officium vitae poſtulat. v. ad §. 6. huius cap. σπουδάζειν eſt Lat. *ſtudere*, h. *ſtudio alicuius factionis teneri, velle et cupere, vt ille vincat*. apud Arrian. III, 4 caput inſcribitur; πρὸς τὸν ἀκόσμως ἐν θεάτρῳ σπουδάσαντα. *Sibi ipſi* vero *fauere* h. l. dicitur, qui *tantum ſe ipſum bene rem gerere, ſe vincere cupit*; οὐκ ἐμποδισθήσῃ, h. *nil prohibebit te tibi ſtudere*. v. ſup. ad I, 3.

ἐπὶ πολὺ ἐπικινεῖσθαι) refer ad geſtus indecentes ex immodico ſtudio, v. c. ridendo, applaudendo, aſſurgendo, etiam indignando, ſi factio, cui faues, ſuperetur etc. cf. Arrian. l. l. et IV, 2 f.

μὴ

τὴν σὴν ἐπανόρθωσιν. ἐμφαίνεται γὰρ ἐκ τοῦ
11. τοιούτου, ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν. Εἰς ἀκροάσεις τινῶν μὴ εἰκῇ μηδὲ ῥᾳδίως πάριθι. παριὼν δὲ, τὸ σεμνὸν, καὶ εὐσταθὲς, καὶ
12. ἅμα ἀνεπαχθὲς, φύλασσε. Ὅταν τινὶ μέλλῃς συμβάλλειν, καὶ μάλιστα τῶν ἐν ὑπερ-

μὴ πολλὰ — διαλέγου) etiam Lucian. Nigrin. p. 37. philoſophos increpat, quod frequentes ſermones de theatris, et aurigationibus, plebeio more, faciant.

ὅσα μὴ φέρει πρὸς τὴν σὴν ἐπανόρθωσιν) ὅσα videtur exponi debere, *quippe cum ea* etc. in Paraphr. μάλιστα (δὲ e MS Medic.) ὅσα, quod in reliquis male excidiſſe videtur. Porro φέρει legendum forte συμφέρει, niſi ſimplex hac notione accipias. Paraphr. ὅσα μὴ λυσιτελεῖ. Simplicius in h. l. haeret, v. p. 280.

ὅτι ἐθαύμασας) atqui praeceptum erat Stoicorum: *Nil admirari*, etc. τὸν σοφὸν μηδὲν θαυμάζειν τῶν δοκούντων παραδόξων, Diog. VII. 123.

§. 11. μὴ εἰκῇ, μηδὲ ῥᾳδίως πάριθι) ita emendavi locum ex Haſn. Nilo, et Mediceo MS Paraphraſtae; vulgo legitur μὴ ἧκε, μηδὲ ῥ. πάριθι, putida tautologia. Continuant autem Haſn. et Nilus ſuperiorem cum *hac* §. in hunc modum, οὐ καλὸν τὸ παριέναι εἰς θέατρον, εἰς ἀκρόασιν τινων etc. omiſſis mediis. Sunt vero ἀκροάσεις, Gellio et Senecae *auditiones*, cum in coetu hominum, amicorum praecipue et familiarium, recitamus, quae ſcripta a nobis ſunt et cla-

ret, admirationi tibi fuiſſe ſpectaculum. Ad 11.
recitationes aliquorum ne temere nec facile
accede. ſin acceſſeris, grauitatem ac con-
ſtantiam ſerua; ac ſimul vide, ne cui ſis mo-
leſtus. Conuenturus aliquem, eorum ma- 12.
xime, qui eminere videntur, ipſe tibi pro-



elaborata; quemadmodum fere noſtra aetate in Academiis et ſocietatibus litterariis fieri ſolet; eaedem dictae *recitationes*, et ἐπιδείξεις, hae quidem in ſollenni fere hominum coetu. Ita Luciani pleraque ſcripta nihil aliud niſi ἐπιδείξεις ſunt. Vt vero vel optima inſtituta temporis ſucceſſu deprauantur, ita hae recitationes, Imperatorum praeſertim temporibus, tantum vanae ingenii oſtentationis cauſſa, a Rhetoribus et Sophiſtis, atque etiam a Philoſophis inſtituebantur; hi quidem de aliqua quaeſtione e ſua diſciplina petita inani et futili verborum copia diſputabant: eiusmodi homines deſignat h. l. noſter, cum εἰς ἀ. τινῶν dicit.

καὶ εὐσταθὲς) Nilus Haſ. καὶ τὸ ἐ. Eſt vero illa *conſtantia* in eo poſita, vt nec ſeruiliter aduletur, nec iracundia exardeſcens vociferetur, conuiciётur etc. τὸ ἀνεπαχθὲς vero, ne nimia et affectata ſeueritate et triſtitia moleſtus ſit.

§. 12. τινὶ — συμβάλλειν) int. λόγους, vt Lat. *conferre ſermones*, conuenire aliquem, cum eo

age-

ὑπεροχῇ δοκούντων, πρόβαλε σαυτῷ, τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης ἢ Ζήνων. καὶ οὐκ ἀπορήσεις τοῦ χρήσασθαι προσηκόντως
13. τῷ ἐμπεσόντι. Ὅταν Φοιτᾷς πρός τινος τῶν μέγα δυναμένων, πρόβαλε ὅτι οὐχ εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον, ὅτι ἀποκλεισθήσῃ, ὅτι οὐκ ἀνοιχθήσονταί σοι αἱ θύραι, ὅτι οὐ Φροντιεῖ

agere. Regius συμβουλεύειν. v. c. 25 pr. μετ' καὶ abeſt in Argent. Meib. Nilo.

τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκούντων) ἐν abeſt in Regio. non neceſſe vero ſupplere vel cum Meibomio addere εἶναι, ſed δοκεῖν eſt *in exiſtimatione eſſe*, εὐδοκιμεῖν· ita δοκοῦντες opp. τοῖς ἀδοξοῦσιν, εὐτελέσιν. Paullus ad Gal. ogr. II, 2. — *ipſis tradidi ad doctrinam ſalutarem*, κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσι, vbi multi codd. δοκοῦσιν εἶναί τι, quod facile apparet, e gloſſa eſſe receptum tamen mox eſt v. 6. ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι, ſed paullo poſt iterum οἱ δοκοῦντες. Pot. poſt Socrate et Zenone Haſn. cum Nilo ἐποίησέ τις τῶν ἐναρέτων.

τῷ ἐμπεσόντι) Recte ſupplet gloſſa interl. εἰς συμβουλήν. πρόβαλε ſupra, explicat πρόθες. In Argent. et Salm. edd. male ἐν τῷ ἐ. Eſt autem χρήσασθαι τῷ ἐμπεσόντι, gerere ſe, verſari in negotio, προσηκόντως, conuenienter, prudenter.

§. 13. ὅταν φοιτᾷς πρός τινος) reuocaui hanc lectionem ex edd. Batauis, et MS. Gerdeſ. ſupple οἰκίαν· ita enim Graecos loqui, ſatis notum eſt.

ponito, quid in hoc feciſſet Socrates aut Zeno: nec incertus haerebis, quomodo conuenienter eo, quod inciderit, vtaris. Cum 13.
aliquem magnatum adieris, propone tibi, fieri poſſe, vt intus eum non inuenias, vt excludaris, vt fores tibi non aperiantur, vt nullam tui rationem habeat. quod ſi cum his



eſt. Wolfius, et inde Vpton. πρός τινας, reliqui fere πρός τινα. mox Hafn. Nilus πρόβαλε σεαυτῷ, vt ſupra; in multis item πρόβαλλε. Ad rem cf. c. 4. αὐτὸν Vptonus dictum vult pro *domino*. v. ſup. ad 25 extr.

ὅτι ἀποκλεισθήσῃ) excluderis, *non admitteris*: ita bene repoſuit Vptonus, vt eſt in Hafn. Nilo, ed. Argent. vulgo ἀπεκλείσθη. v. Lucian. Nigrin. p. 32.

ὅτι οὐκ ἀνοιχθήσονταί σοι αἱ θύραι) primum ita et Nilus. ex MS. Salm. vt videtur, exhibet. Argent. ὅτι ἐκτιναχθήσονται. Vertunt vero hoc: *vt occludantur tibi fores*. Enim vero ἐκτιναχθῆναι dici debent fores, quae *tolluntur*, *e cardinibus ſubmouentur*. Videndum tamen, an et ita poſſint dici fores, quae cum impetu (nos dicimus, *vor der Naſe*) alicui ingreſſuro occluduntur; in hunc ſenſum Wolfius coniicit ὅτι ἐπιτιναχθήσονται. Hafn. et Nilus ὅτι ἐντιναχθήσονται, quod vero ſimillimum: etſi inter voces proprias hac in re illud non occurrit apud Polluc. X, 25. 26. Ed. Argent. ὅτι οὐκ ἐκτι-

τιεῖ σου. κἂν σὺν τούτοις ἐλθεῖν καθήκῃ, Φέρε τὰ γινόμενα, καὶ μηδέποτε εἴπῃς αὐτὸς πρὸς σεαυτὸν, ὅτι οὐκ ἦν τοσούτου. ἰδιωτικὸν γὰρ, καὶ διαπεπληγμένου πρὸς τὰ ἐκτός.

*ἐκτιναχθήσονται* quod Noag. vertit, *vt fores tibi non pateant*; vti et Politianus in verſ. habet. Melius ſaltem reddas: *vt fores tibi non revellantur, cum impetu aperiantur*, vt fit, cum aliquis, quem veremur et honoramus, ad nos venit. Si tamen omnes has lectiones excuſſeris, cum nulla earum ſatis ſit idonea, ſtatuendum tandem videbis: corruptelas eas eſſe ex altera, etſi notiore: *οὐκ ἀνοιχθήσονται*, ortas. Etſi omnino totum hoc gloſſema alterius *ὅτι ἀποκλεισθήσῃ*, ſublatum eſſe malim.

*κἂν σὺν τούτοις ἐλθεῖν καθήκῃ, φέρε*) mihi tota haec ratio et ſenſus non placet, quanquam commodior erit, ſi *καθήκῃ* exponas, *καθῆκον νομίσῃ*, *tibi conuenire putes*. Caſaub. ſic Nilus *κἂν σὺν αὐτοῖς ἐλθεῖν καθήκῃ, ἐλθὼν* — vnde forte ſic legendum, ſententia cum ſuperioribus continuata, quae res neglecta cauſſam corruptelae dedit, *κἂν σὺν τούτοις ἐλθεῖν καθήκῃ· ἐλθὼν δὲ Φ.* *et cum his omnibus*, n. propone tibi, *an tibi venire conueniat. Si vero venis, fer.* etc. hoc placet; hoc a vero non multum abeſſe arbitror. Porro iidem *τὰ γενόμενα.*

*ὅτι οὐκ ἦν τοσούτου*) *non fuiſſe tanti*; quidnam vero? vtrum, *ut ad eum venires, cum nihil inde profeceris? an ille, vt officii cauſſa ad eum accederes?* an prima perſona: *non eram tanti?*

his venire tui ſit officii, fer ea, quae fiunt, neque ipſe vnquam tecum dicas, non fuiſſe tanti. hoc quippe plebeium eſt, et hominis ad

*tanti? non ego maiori honoris teſtificatione dignius eram? non par erat, vt reuerentius me haberet?* quanquam et haec interrogatione ita fere poſſit accipi, vt ſecum conqueratur: *ne tanti quidem ego habebar, aeſtimabar*, v. c. vt me nomine appellaret honorifico. Ed. Ven. vtraque, Salm. MS. Salm. τοσοῦτον, forte hoc ſenſu: *non par erat, me, talem virum, ita excipi*; cum ſc. maior mihi deberetur honor, οὐκ ἦν (pro ἐξῆν) τοσοῦτόν με καταφρονηθῆναι. MS. Gerdeſ. τοσοῦτος, *non eram is, qui aliter merebatur haberi?* Simplicius p. 284. καὶ λέγομεν, μὴ εἶναι ἄξιον τοῦ τυχεῖν τῶν συμβεβηκότων· vnde videri poteſt ſuppleuiſſe, ὅτι οὐκ ἦν ἄξιος τυχεῖν τοῦ τοσούτου, vel potius τοιούτου, *non merebar, ita haberi.* Paraphr. καὶ μηδέποτε εἴπῃς ἐν σεαυτῷ, ὅτι αὐτά σοι οὐ ποιήσουσιν, ἢ ὅτι αἰδεσθήσονται τὸ ἐπάγγελμα (h. *profeſſionem tuam monaſticam*; Luciano eſſet ὑπόσχεσις). hunc putes legiſſe τοσοῦτον, vt modo propoſuimus. Non habeo dicere, quae ratio ſequentibus ſatis conueniat, mihi quidem nulla ſatis conuenire videtur.

διαπεπληγμένου πρὸς τὰ ἐκτὸς) *percuſſi*, ἐπτοημένου, *eius qui rebus externis nimium mouetur, in adſtupet*, vt Seneca loquitur de tranqu. 7. Ita primi repoſuimus ex Argent. vulgo vbique legitur διαβεβλημένου πρὸς τὰ ἐκτὸς, quod vulgo

14. ἐκτός. Ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἀπέστω τὸ τινὰ
τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ἢ κινδύνων ἐπὶ πολὺ· καὶ
ἀμέτρως μεμνῆσθαι. οὐ γὰρ, ὡς σοὶ ἡδύ ἐστι
τὸ τῶν σῶν κινδύνων μεμνῆσθαι, οὕτω καὶ
τοῖς ἄλλοις ἡδύ ἐστι τὸ τῶν σοὶ συμβεβηκό-
15. των ἀκούειν. Ἀπέστω δὲ καὶ τὸ γέλωτα
κινεῖν. ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τρόπος εἰς ἰδιωτι-
σμὸν, καὶ ἅμα ἱ[illegible]ην αἰδῶ τὴν πρός σε
16. τῶν πλησίον ἀνιέναι. Ἐπισφαλὲς δὲ καὶ
τὸ εἰς αἰσχρολογίαν προελθεῖν. ὅταν οὖν τι
συμβῇ τοιοῦτον, ἂν μὲν εὔκαιρον ᾖ, ἐπίπλη-
ξον τῷ προελθόντι· εἰ δὲ μὴ, τῷ γε ἀποσιω-
πῆσαι. καὶ ἐρυθριᾶσαι, καὶ σκυθρωπάσαι
δῆλος γίνου δυσχεραίνων τῷ λόγῳ.

ΚΕΦ

vulgo vert. *qui res externas calumnietur,* et ſenſu parum commodo, et inuita ratione ſermonis; eſſet enim potius, *infenſi, abhorrentis ab externis.* Arrian. II, 26. πᾶσα δὲ ψυχὴ λογικὴ φύσει διαβέβληται πρὸς μάχην, *abhorret a contentione.* Wolfius coniecerat καταβεβλημένου, *proiecti, abiecti ad res externas;* et Vptonus haec in verſione expreſſit, quanquam vulgatam lectionem ſeruauit. Nilus, Ven. 1528. et Hafn. διαβεβλημένον, quod Suareſius vertit *vulgatum quoad exteriora,* quod non aſſequor.

ad externa ſtupentis. In congreſſibus abſit, vt quaedam tuorum factorum aut periculorum frequenter et immodice memineris. non enim, quemadmodum tibi, periculorum tuorum meminiſſe, iucundum eſt; ita et aliis iucundum eſt, ea, quae tibi acciderint, audire. 14.
Abſit illud etiam, vt riſum moueas. lubricus enim modus eſt, quo in plebeiam conſuetudinem labaris, et ſimul poteſt proximorum erga te verecundiam remittere. 15.
Periculoſum quoque eſt, ad ſermonis obſcenitatem progredi. cum igitur huiusmodi aliquid acciderit, ſi quidem tempeſtiuum ſit, increpa eum, qui in obſcenitatem progreſſus eſt: quod ſi non poſſis, at conticendo, et erubeſcendo, et ſupercilium contrahendo, manifeſtum ſit, te ſermonem iſtum moleſte ferre. 16.

CAP.

§. 14. τὸ τῶν σ. σ. ἀκούειν) Haſn. et Nilus πυκνῶς ἀκούειν, *ſubinde, frequenter*. Iidem paullo ante: τὸ τῶν αὐτοῦ τινα ἐ. καὶ κ. et omittunt τὸ ante τῶν σῶν et τῶν σοι. ἔργα pro πράγματα.

§. 15. ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τρόπος) recte hoc repoſuit Vpton. vt Wolfius habebat in ſuis, et eſt in Haſn.

## ΚΕΦ. λδ´.

Ἐὰν ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, φύλασσε σαυτὸν μὴ συναρπασθῇς ὑπ᾽ αὐτῆς· ἀλλ᾽ ἐκδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀναβολήν τινα παρὰ σεαυτοῦ λάβε· ἔπειτα μνήσθητι ἀμφοτέρων τῶν χρόνων· καὶ καθ᾽ ὅν τε ἀπολαύσεις τῆς ἡδονῆς, καὶ καθ᾽ ὃν ἀπολαύσας, ὕστερον μετανοήσεις, καὶ αὐτὸς σεαυτῷ λοιδορήσεις· καὶ τούτοις ἀντίθες ὅπως ἀποσχόμενος χαιρήσεις,

Haſn. Nilo ac Simplic. p. 286. *hi mores, is morum habitus.* vulgo ὁ τόπος. Porro ἰδιωτισμός v. ad 33. §. 6. Pro ἅμα ἱκανῶς Nilus μάλα, et Haſn. μάλιστα ἱκανῶς. iidem ἀνεῖναι, hoc Paraphr. exponit ἐκλύειν.

§. 16. εἰς αἰσχρολογίαν προελθεῖν) *ad obſcoenitatem delabi*, vti προελθεῖν εἰς ὕβριν etc. v. Dorvill. ad Charit. p. 187. Sic προαγαγέσθαι, v. c. εἰς γέλωτα ap. Herodot. II, c. 121. Argent. προσελθεῖν. Haſn. Nilus cum Paraphr. ἐμπεσεῖν mox pro προελθόντι n. εἰς αἰσχρολογίαν, Arg. Haſn. Nilus προσελθόντι. hi duo porro cum Paraphr. ἐπίπληξον καὶ τῷ π. et τῷ σε ἐπισιωπῆσαι.

